D. ERASMI ROTERODAMI OPVS DE CONſcribendis epiſtolis, quod quidam & mendoſum & mutilum ediderant, recognitum ab authore, & locupletatum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS.
Apud Simonem Colinæum.
1536.

D.
S. C.

ERASMVS ROTERODAMVS NICO-
LAO BERALDO. S P.

POSTEAQVAM HOLONIVS ille deſierat eſſe apud ſuperos, eruditiſſime Beralde, nō putabam mihi quenquam alium metuendum, qui nænias, quas iuuenis vel exercēdi ſtyli gratia, vel obſecundans amicorum affectibus ſcripſiſſem, in vulgus ederet, in quiduis potius, quàm in hoc natas. Et ecce de repente apud Britannos exortus eſt alter Holonius, qui librum de componendis epiſtolis excudit, quem annis abhinc fermè triginta Lutetiæ ſcribere cœperam cuidam amico parum ſyncero, cui ſimili munere gratificari volebam: videlicet vt haberent ſimiles labra lactucas. Lectioni ſimul & compoſitioni non plus temporis tributum eſt, quam dies viginti. Atque adeo non erat tum animus hoc opus abſoluere, vt archetypū illi tradiderim auferendum (non adornabat longinquam profectionē) nullo antigrapho apud me ſeruato. Aliquāto pòſt amici quidā, qui, neſcio quo caſu, nacti, nugas eas deſcripſerant: precibus adegerunt me, vt operis rudimentū abſoluerem. Erat enim non ſolum rude, verumetiam trūcum ac mutilum. Receperam in manus: ſed quum ne retractanti quidem arrideret, in totū abieci, nequaquā fore ſuſpicans quenquam tam effrontem, qui me viuo & reclamante ſchedas meas euulgaret. Verum, vt video, nihil iam pudet typographos, poſtea quā experiuntur nihil auidius rapi, quam nugaciſſimas quaſq; nænias,

neglectis interim priſcis ac probatis authoribꝰ.
perfricta fronte ſequũtur illud è Satyra: Lucri
bonꝰ eſt odor ex re Qualibet. Proinde nos tam-
etſi ſic eſſemꝰ affecti, vt nunquã antehac æque
ſenſerimus quomodo fuerit animatus Flaccus
quum ſcriberet carmen illud: Vt nox lõga qui-
bus &c. nam agnoſcis reliqua: tamẽ ſepoſitis o-
peris ſacratioribus, quę vt magis decent hãc æta
tem, ita magis iuuant hunc animũ, dies aliquot
in recognoſcendis quæ iam exierãt, perdidimꝰ:
neſcio quanta iactura ſtudiorum grauiorum, cer
te maximo meo tædio. Quod ne mihi ſæpiꝰ ac-
cidat, etiam atque etiam te rogo mi Beralde. ef-
fice quouis pacto vt iuuenis iſte nimiũ, vt appa
ret, amans mei, librum quem, vti ſcribis, à cal-
lido venditore magno emit, aut aboleat, aut cer
te tibi tradat ad me tranſmittendũ, quô mihi li-
berũ ſit de eo ſtatuere. Typographis quid im-
precer, niſi mentem meliorem ipſis dari? Cæte-
rum iuuentutem ſtudiorum cultricem libẽs ad-
monuerim, vt in hiſce nugis quã minimũ ope-
rę perdat. Video, diſcruciorq; animo, bellũ hoc
ĩter Germanos & Gallos ĩ dies magis ac magis
incrudeſcere. Quanta totius rei Chriſtianæ cala
mitas, duos potẽtiſſimos orbis monarchas ſic fe
ralibus diſſidijs inter ſe cõflictari? Tolerabilius
eſſet malum, ſi res, eorum quorum intereſt, mo-
nomachijs finiretur. Sed quid cõmeruere ciues
& agricolę, qui ſpoliantur fortunis: exigũtur ſe-
dibus: trahũtur captiui: trucidãtur ac laniantur?
O ferreos principum animos, ſi hęc perpendũt,
ac ferunt: ô craſſos, ſi non intelligũt: ſupinos, ſi
non expendunt. Erat nõnulla ſpes in hoc nouo

pótifice, primū theologo, deinde ſpectatę à primis annis integritatis. Verum haud ſcio quo pacto fit, vt pontificū authoritas longe plus valeat ad excitandum inter principes bellū quàm ad componendū. Sed hi tumultus nō dirimūt Muſarum fœdera: nec hæc commercia nobis intercipere poſſunt bellorū leges. Non conuenit Cęſarianis & Gallis, ſed pulchre conuenit honeſtiſſimorū ſtudiorum ſodalibus. Quare valebis vir humaniſſime, ſimulq; quum dabitur opportunitas, Budæū, Deloinum, Brixiū, ac reliquos amicos meos nomine ſalutabis diligenter. Baſileæ, VIII. Cal. Iun. AN. M. D. XXII.

1234 / 1599

D. ERASMVS ROTE=RODAMVS, DE RATIONE CONSCRIBENDI EPISTOLAS.

QVIS EPISTOLAE CHA=RACTER.

QVI IN EPISTOLIS VNVM aliquem characterem vel requirunt, vel præſcribunt, id quod ab eruditioribus etiam quibuſdam video factũ: ij mihi nimirũ de re tam multiplici, propeq; in infinitum varia, nimis anguſte atq; arcte videntur agere. Neq; ſane ita multo minꝰ abſurde facere eos exiſtimo, quàm ſi ſutor omni pedi ad eãdem formã crepidã velit conſuere: aut ſi pictor quoduis animal iiſdẽ lineamentis, iiſdemq; coloribus conetur effingere, aut ſarcinator conſimilẽ veſtẽ pumilioni ac giganti tribuere ſtudeat. Negant epiſtolã ferendã eſſe, niſi ſi quæ intra exilem dicendi figurã ſeſe cõtineat: niſi quæ illaborata diſſolutaq; fluat, & omnibꝰ contentionis neruis careat: niſi quæ vulgo mutuatis verbis contexta: niſi deniq; quæ breuitate ipſa epiſtolæ nomen mereatur, potius quàm voluminis. Hanc formã ſi quis ſuo quodã inſtituto ſequi malit, vt ſæpenumero pro ingeniorum varietate aliud ſcribendi genus alij magis arridet, cũ hoc equidẽ non admodum pugnabo. Sit enim per me ſuum cuiq; pulchrum. Verum ſi eam nobis ita pręſcribit, vt vel ſolam vel opti=

mam haberi velit, cum argumentorum ſpecies non minus ſint innumerabilies, quàm mundi illi Democritici, & nullū ferè argumenti genus nō recipiat epiſtola, & nuſquā oporteat orationis habitum cum argumenti genere diſſidere: qui quæſo poteſt tam infinitæ rerum varietati ſimplex ſermonis character accōmodari? Quē quidē vt vel maxime alioqui per ſe optimū deligas, fieri tamē nō poteſt vt idē vbiq; optimus eſſe videatur. Ego tum vnamquanq; orationis figuram optimam exiſtimo, cum maxime in loco adhibetur: tum peſſimā, quoties iuxta priſcū Græcorum adagionem, τὸ ἐν φακῇ μύρον, hoc eſt, In lente vnguentū, admiſcuerimus. Atq; hęc quidē eruditis abunde ſatis in ſumma dicta fuerint. Cæterum literatoribus iſtis quibuſdā triuialibus, vt multo indoctiorib⁹, ita nō paulo magis importunis, pinguiore (quod aiunt) Minerua, & per partes ſatisfaciendū eſt. Quibus etiāſi (vt ſolent eſſe pertinaces) fieri ſatis non poterit, tamen eos coargui vel puerorum intereſt, ne horum authoritate decepti, ea rudib⁹ annis diſcāt, atq; imbibāt, quæ grandes iam dediſcere aut pudeat, aut nolint: & vt maxime velint, non poſſint. Atqui hoc indoctum doctorum genus, & illiterata literatorū turba, literarijs in ludis hodie præcipue regnat, & tanquam in ſua tyrannide Phalariſmum quendam exercet. Illic mihi blatero quiſpiam arrepta cenſoria virgula, Solonis leges dictabit, clamabitq; delendam eſſe epiſtolam quæ non intra duodecim verſiculos conſtiterit: hanc enim epiſtolari modo præfixam eſſe metam. Obliteremus igitur hoc cenſo

re pleraſq; Platonis, ciceronis, Plinij, Senecę, D. Hieronymi epiſtolas, ὥσπερ τὰ ἐσκαμμένα ὑπερπηδῶντας, & cōtēptis iſtorū limitibus, in iuſtum vſq; volumen porrectas. Quid ſi argumentum varium & amplum obiectū erit? tu nihilo min9 me cohibebis, & circulū iſtū tuū magicū egredi vetabis? Ageſilaus haudquaquam probum cerdonem ſibi videri dicebat, qui paruo pedi magnum induceret calceū. At quāto moleſtior, qui magnū pedē arctiore calceo ſtringit, torquetq;? Recte Fabius ſcribit abſurdum fore ſi quis Herculis perſonā & cothurnos infanti tribuat. verum multo videtur abſurdius ſi infantis faſciolas calceoloſq; Herculi coneris accōmodare. Neq; paulo grauius eſt tū flagitiū, tum etiā periculum, in re copioſa cōtrahi: quàm in re non ampla copioſiorem fieri: propterea quòd ſuperuacua fortaſſe cū tædio legūtur: certe neceſſaria nō niſi magno vtriuſq; diſpēdio prætereūtur. Porrò ſi omnino propoſitū eſt delicatis quorūdam ingenijs cōſulere, quibus omnis epiſtola longa eſt: nihil eſſe ſcribendū præcipiamus. Neq; rurſus hæc dixerim, q; eos probem, qui ridicule copiā affectātes, emēdicatis voculis, & male cōſutis ſentētiarū cētonib9 epiſtolā infarciūt, quiq; cū omnino ſcribere neſciāt, tamē ſcribēdi finem inuenire nūquā poſſunt (nihil enim infantia loquacius) ſed vt puerorū cauſa, eorū ſtultitiā reſellā, qui ſuā infantiā Laconiſmi nomine prætexunt, cū interim nec ipſa breuitatis ac copiæ vocabula quid ſibi velint, intelligāt, cū vni9 atq; eiuſdē artificis ſit vtrūq;. Etenim quemadmodum apud Platonem Socrates eum demū opti-

me verũ dicere poſſe colligit, qui ſit idẽ artifex mentiendi optimus: ita nemo breuitatis nomine recte laudabitur, qui nõ idẽ quàm copioſiſſime ſcribere poſſit. Nã quid tandẽ eſt breuitatem præſtare? Nempe maximã rerũ vim, quo ad fieri poteſt, in pauca cõferre. nõ pauca ſcribere: qđ alioqui vel indoctiſſim⁹ quiſq; deſidioſiſſimuſq; facillime poſſit. Omnẽ igit̃ ad copioſe dicẽdũ ſupellectilẽ in animo præpararis oportet, ſi Laconiſmi, hoc eſt, breuiloquẽtiæ laudẽ auferre voles. Ea autẽ pro argumẽti oblati modo, vtq; ſeſe dabit otiũ vel ſcribẽti, vel lecturo, ita vtemur, dũmõ rei ſatis fiat. Neq; interĩ vlla epiſtola nõ breuis videbitur. in qua præter argumẽti diſpendiũ nihil adimere queàs: quę ſic eſt ſcripta, vt iterũ atq; iterũ relecta, tamẽ nõ ſatiat, cũ tua interim vel intra duodecim verſiculos conſiſtens, adeo breuis nõ ſit, vt Iliade quoq; videatur prolixior: quãdoquidem in hac, tametſi longiſſima, nullus ex tot verſuũ millibus redũdat: cum ex tuis illis vndecim verſiculis, ſeptẽ poſſint reſecari: atq; ita ſanè reſecari, vt reliqui quoq; ob ſermonis ineptiam immenſę prolixitatis nauſeam faciãt. Quare ſi quẽ in ſcribẽdis literis impendiò delectat hic Laconiſmus, per me quidẽ licebit, ſi rei otijq; modo, nõ chartarũ ſpatijs, ac verſiculorũ numero breuitatẽ metiatur, nec ita ſcribat pauciſſima, vt ex ijs ipſis ſuperſint quædã: ſed vt velut è diuite rerũ aceruo optima quæq; decerpta fuiſſe appareat. Meminiſſe tamen debemus, nonnihil intereſſe inter volumen & epiſtolam, propterea q; hæc ad tẽporis, rerum, perſonarũque preſentem rationem, quantum licet, eſt ac-

Epiſtola.

commodanda: volumen, quoniã omnibus ſcri- bitur, ita temperandum eſt, vt optimis atq; do ctiſſimis placeat. Volumen.

DE ILLABORATA EPISTOLA.

SVNT qui nõ ferãt epiſtolã niſi elaboratã: & hac de cauſa figuratã eſſe nolint, ne ſi quid in ea phalerarũ fuci ve appareat, lucernã olere dicatur. At ego citi⁹ ferã epiſtolã quę lucernã oleat, quàm quę temetũ: quę myrothecia, quàm quę hircũ. Quis porrò tã iniquus cẽſor, qui non eas veterũ epiſtolas optimas iudicet, quæ ſint omni cura arteq; elaboratę? Quid vnquã exquiſitius accuratiúſque ſcripſit Cic. quàm illã prolixã ad Lẽtulũ: rurſus illã qua Curioni cõmẽdat Milonẽ, & pleraſq; ad M. Varronẽ: præcipue vero eã qua Luceio perſuadere conatur vt res ab ſe geſtas literis mãdet: quam ipſe velut accurate feliciterq; ſcriptã, Atticũ vti legat hortatur? An lector his anteponat eas quas ſcripſit ad Terentiã, Ciceronem, Tironem, aut Aciliũ? An Plinius dũ Ariano ſuo ſcribit quid ſit actũ in cauſa Marij Priſci: dũ Gallo Laurentianum ſuum deſcribit: dum Minitiano narrat quid rerũ geſſerit in prouincia Betica, dũ Apollinari Tuſcos agros ſuos depingit: nũ decẽ verſibus abſoluit epiſtolã? Atque is teſtatur eas potiſſimũ à ſe collectas, quas ſcripſiſſet accurati⁹, nimirũ vt poſteritate digniores. Sed interim habẽda ratio cui ſcribas. Sunt qui neglectã & illaboratam epiſtolã, ſui cõtemptũ interpretantur. Sed vt dicã in genere, quemadmodũ incidere poteſt, vt pro perſonæ cui ſcribis, proq; argumenti ratione, nullum ornamentorum

aut dignitatis genus non deceat epiſtolã, ita fere cõgruit ſimplicitas quædã orationis, ſed elegãs. Non efflagito phaleras, ſed idẽ nõ fero pannos. Nõ deſydero calamiſtros, modo adſit mũdities. Pigmenta negas. at ſordes vt abſint facito. Non requiro curã anxiã ac moroſam, ſed rurſum nolo ſcopas diſſolutas. Poſtremo, ſi libet, ſcribito ex tempore: ſcribito quicquid in buccam venerit, ſed ita, vt ad Atticum fecit Cicero.

DE GRAVITATE EPISTOLAE.

NAM iſtos qui nuſq̃ volũt aſſurgere epiſtolæ phraſim, ſed quotidiano ſermoni ꝓximã eſſe oportere cõtẽdũt, vel vna ciceronis epiſtola facile reuicerit: nimirũ ea quã ſcripſit ad Octauiũ Auguſtũ: quæ adeo nõ repit humi, vt non ſolum attollatur ad orationũ procellas, verũ etiã in tragœdiã exeat. Et arbitror atrociſſimã eius epiſtolæ partẽ eſſe reſectã ab ijs qui hoc vel Octauij vel ciceronis intereſſe putabant. Quid enim illa, Quid illis interrogãtibꝰ quid agat nũc Reſpublica, reſpõdebit aliqs noſtrũ, qui proximus in illã ęternã domũ diſceſſerit? à quo accipient de poſteris ſuis nunciũ veteres illi Aphricani, Maximi, Pauli, Scipiones, quid de patria ſua audierint, quã ſpolijs triũphiſq́ꝫ decorarũt. & cætera quæ cõſequũtur? Nũ remiſſiora tibi videtur illa Albanorũ tumulorum obteſtatione, qua nihil in oratione vehemẽtius inueniri poſſe putat Fabius? Efferueſcet igitur vel in tragicã vſq́ꝫ vociferationẽ epiſtola, ſiquãdo res ita poſtulabit, ſumetque ampullas, & ſeſquipedalia verba. Neq́ꝫ de bello paceq́ꝫ ſimili ſtylo loquetur eruditis magnatibus, quo de mace-

tandis ſalſamētis aut coquēdis holeribus mādaret famulo. Cæterum in mediocribus argumentis ſi nō incidet quod aliud ſuadeat, nō diſplicebit Atticiſmus in epiſtola: nec hic requirā fulmina aut tonitrua Periclis, ſi modo ſermo velut è fonticulo lympidis aquis grato leniq; murmure perſtrepētib9 fluat, nō velut mortuus ſtagni in morē torpeat, omnium expers affectuum.

DE PERSPICVITATE EPISTOLAE.

ECCE autē maxima pars eorū qui hoc iuris ſibi, vel ætatis vel fortunę prærogatiua vindicant, vt de literis quas nō didicerūt, cēſurā agāt, magnis etiā cōuitijs à nobis efflagitant perſpicuitatē. Graue flagitium eſſe clamitāt ſi verbū vllū miſceatur epiſtolæ qđ legentem vel tātiſper remoretur. Memini quū ipſe puer annos nat9 quatuordecim, ſcripſiſſem tutori cuidā meo, quem magis etiam puer habueram inſtitutorē: & ex lectione librorū qui tū ſuppetebāt, admiſcuiſſem nōnihil: reſcripſit homo non minus ſuperciliosus q̄ indoctus, vt ſi poſthac eſſet animus tales epiſtolas mittere, eadē opera cōmētariū adiungerē: ſibi ſemper hūc fuiſſe morē, clare, & punctuatim ſcribere. nam his floſculis ſibi placebat. Non hæc dico q́ negē in quauis oratione præcipuam eſſe laudē perſpicuitatis. Quid enim eſt oratio quæ non intelligitur? Sed quemadmodum pro re non ſolū probanda, verumetiam neceſſaria eſt perſpicuitas facilitáſque ſermonis, veluti quoties ſeriū quippiam petitur ab homine ſemidocto, moroſove, aut etiam vehemēter occupato: ita incidit non-

nunquam vt non aliud genus excuſatius admit‑
tat obſcuritatẽ, velut quũ eruditus cũ erudito ve
litatur literatis iocis, quos nolit à quouis intelli
gi: quẽadmodũ nos olim luſimus cũ eruditiſſi‑
mo viro Thoma Linacro, cui ſcripſimus epiſto
lã metro trochaico tetrametro, ſed ita tẽperatã
cõpoſitiõe, vt aliud agẽti nõ ſuboleret eſſe car‑
mẽ. Admonuerã in epiſtolæ frõtiſpicio, vt ſibi
caueret: nã mihi in animo eſſe, ipsum hac epi‑
ſtola fallere: & in calce adieci iã me fefelliſſe, ni
falleret ipſe. Nõ ſenſit homo fraudẽ, niſi moni‑
tus à me. Mihi nõ diſplicet illud Octauij Cæſa‑
ris, nõ aliter in ſermone fugiẽdũ verbũ inſolẽs,
quàm in curſu ſcopulũ. Et merito ridentur hoc
noſtro ſeculo quidã Apuleiani, & obſoletæ an‑
tiquitatis affectatores. Arridet vſitatis verbis cõ
texta oratio. Sed ab iſtis lubẽs quæſierim, quæ
tandẽ appellẽt vſitata. Num è cõpitis ac triuijs
ſumpta? Recte ſanè, ſi Gallice aut Germanice
ſcribẽdũ erit. Verũ ſi Grece aut Latine, quid mi
nus cõuenit, quàm eius ſermonis mũditiẽ ab ijs
authoribus petere, apud quos præter meras ſor
des nihil eſt? Olim hoc iuris erat cõſuetudini pu
blicę, vt quaſdã voces antiquaret, alijs gratiã no‑
uitatis adderet. Quãquã ne tũ quidẽ omnia pla‑
cebãt doctis, quæ vulgo in cõciliabulis, theatris,
aut caſtris iactarentur, & erant in libris erudi‑
torũ, ad quæ reſiſteret plebeius lector. Nũc ve‑
ro Latine loquẽdi cõſuetudo, nõ à foris aut con
ciliabulis idiotarũ, ſed à probatis authoribus pe
titur. Itaq; nullũ verbũ inuſitatum videri debet,
quod extet in elegantis mundiq; ſcriptoris lite
ris. Quid Ciceronis oratione cãdidi?? quid aper‑

ti⁹? Ad hūc nōnullis videt̃ Cimmerijs tenebris obuolut⁹. Quid Terētiano ſermone luculēti⁹? At hunc ne cōmētarijs quidē adiuti cōplures intelligūt. In ſordidis authorib⁹ verſatus, ſiquā do ieiderit in Quītilianū, clamat omnia ſibi videri Græca, aut Arabica. Dāda eſt opera, vt ſim⁹ aperti, ſed eruditis. Neq; quēquā cōmoueat obſcuritatis crimē, quod ſit illi cū Cicerone aut Tito Liuio cōmune. Clamitas tenebricoſā eſſe Flacci dictionē, ſed eruditis vel inprimis admirabilis eſt erudita perſpicuitas. Proide colligis opinor, i te tenebras eſſe, nō in authore. Tu in quēcūq; ſcriptorem incideris, modo laudatū, noctē iſtam tecū circunfers. Vociferaris ſpinoſum eſſe librum, ſed tui pedes ſpinas habēt, nō loc⁹, caligas in ſole, & lux ipſa tuis oculis nocturnis pro caligine eſt. Mutādus eſt, inquis, ſtyl⁹, q quoquo modo accidat, tamē nō intelligitur. At quanto iuſti⁹ eſt, & tibi etiā vtilius, tuū mutare vitium, quàm eruditos omnes ſuam orationem tuo vitio accōmodare? Barbare loquēdi mille ſūt ſpecies, ac ſubinde exoriunt̃ nouæ. Itaq; ſimplicius eſt ac facilius, vt vnā emēdate loquēdi rationē diſcāt omnes, quàm vt omnes barbare dicēdi formas ſinguli. An æquū cēſes vt docti Romanam linguam, cui tot egregiæ diſciplinę, cui Chriſtiana religio cōcredita eſt, ſināt itermori, ne quid offendant iſtorum indoctā arrogantiā? Num par eſſe iudicas, cōmittere vt intereāt, nō dicā Cicero, Quintilian⁹, & huius generis cęteri? ſed Cyprianus, Hieronym⁹, Auguſtin⁹, vt ꝓ his legat̃ Catholicon, Holcot, Bricot, & Gorra? An luſcinia cōmutabit cum cuculo modulos ſu-

os, propterea quòd aſello iudici planiꝰ & intelligibilius canit cuculus? At iniquius ſit ſi docti cogantur rectum ſermonem dediſcere, vt cũ iſtis fœde balbutiant: præſertim cum eis in manu ſit, imò cũ eis tot nominibꝰ expediat ea diſcere, q̃ ſuo magno malo faſtidiũt. Ego vero qui ſemper diſcẽdi ſum cupidus, nec ijs ſuccẽſere ſoleo, qui priſcas voces, & à Ciceronis etiã conſuetudine ſemotas eruũt. Fortaſſis & his vſus erat Cicero, ſi extaret quicquid ſcripſit Nõ indignor obiectũ eſſe quod non intelligã: ſed oblatũ gaudeo quod diſcã. Tu contrà mauis alienã eruditionẽ reprehendere, quã tuã ipſiꝰ inſcitiã vel agnoſcere modeſte, vel mutare prudẽter. Mauis ſolem in crimen vocare, quàm lippientes oculos tonſori Licino cõmittere. Ac vide interim quã ſtudioſe in eos iniquus ſis. tu qui tuis in literis ſordidiſſimi ſermonis portẽta inculcas, quũ vere tenebricoſus ſis, ſanis etiã oculis: dilucidꝰ tamẽ videri poſtulas, & alios obſcuritatis accuſas. Paria certe facere debueras: & ſi oculis tuis iraſci nõ potes, ſaltẽ nr̃as falſas diſſimulare tenebras, quũ tuas, quæ teterrimę veriſſimæq; ſunt, cupias & laudari. Non dignatur tua prudẽtia Latinam linguã diſcere, quò poſſis D. Hieronymum (nam vnũ hũc plurimorũ vice nomino) intelligere: & nos vis fecẽ iſtam ſermonis in tua culina nati perdiſcere, vt te tuóſque ſodales delirantes ac miſere balbutientes intelligamus? Nõ vero hęc, optime lector, in hoc tot verbis diſſerimus, quòd eruditã ſermonis ſimplicitatẽ contemnimus: quæ, mea ſententia, ſæpenumero plꝰ habet artis quã operoſa ſtructura: ſed vt veram perſpicuitatẽ à ve-

ris tenebris ſeparemus. Seruiendũ eſt auribꝰ, ſed eruditis: in his dũtaxat, quæ cupimꝰ ab eruditis legi. Quod huic obſcurũ eſt, illi dilucidum eſt. Sed hic luſcioſus, ille puris oculis. Eſt tamen aliquid ſuapte natura dilucidũ, ad cuius ſenſum, repurgandi ſunt oculi. Cęterum vt ad inſtitutum ſeſe referat oratio: quãquã obſcuritas quoties officit, vbique vitanda eſt vel dicẽti, vel ſcribẽti: tamẽ haud ſcio an vllo in genere plꝰ inueniat veniæ, quàm in epiſtolis: modo nõ indocta: in quibus vel Ciceronis exẽplo licet ſubinde Græca miſcere Latinis: obſcuris alluſionibꝰ vti, amphibologijs, ſignificatiõibꝰ, parœmijs, ęnigmatibꝰ, clauſulis de repente pręciſis. Tantum habẽda ratio, qua de re, cui ſcribas. Non damnabit libertas, ſi nõ deſtituat nos concilium, cui decet artẽ vbique cedere.

DE COMPOSITIONE.

PORRO qui cõpoſitionẽ in hoc genere damnãt, equidẽ nõ adeo demiror, quũ videã fuiſſe permultos qui eã ne in orationibus quidẽ æquo animo tulerit. Quãquam mihi nũc cũ ijs potiſſimũ res eſt, qui quid ſit in oratione compoſitio, prorſus ignorãt. Cæterum quũ eiuſdem ſit artificis, oratiõis numerũ vel adhibere in tempore, vel negligere: & hãc partẽ ſcriptoris arbitrio relinquo: niſi quod velim adoleſcentem, qui tãtũ exercendi ſtyli gratia ſcribit, aliquandiu compoſitionem etiam elaborare. ita fiet, vt ſi res poſtulet orationẽ numeroſam, apte moduletur. ſin neglectã, tamẽ vitet illud Ciceronis conuitium, ſcopæ diſſolutæ.

DE HABITV EPISTOLAE.

MAGNA olim inter eruditos ſentẽtiarũ varietas fuit, quod dicẽdi gen⁹ maxime probaretur, Atticũ, Rhodiẽſe, an Aſiaticum. At Fabius exiſtimat eũ optimum dicẽdi genus ſequi, qui pro re, pro loco, pro tẽpore, ꝓ qualitate auditorũ ꝙ appoſitiſſime dicit: vt inepte faciãt qui dictionẽ ad certas leges adſtringũt. Itidem & ego eam epiſtolã optimam iudico, quæ à vulgato hoc & indocto literarũ genere quã lõgiſſime recedat: quę ſẽtẽtijs exquiſitiſſimis, verbis electiſſimis, ſed aptis cõſtet: quæ argumẽto, loco, tempori, perſonæ quàm maxime ſit accõmodata: quę ampliſſimis de rebus agens, ſit grauiſſima: de mediocrib⁹, concinna: de humilibus, elegans, & faceta: in iocis acumine delectet, ac lepore: in encomijs, apparatu: in exhortãdo vehemens ſit & animoſa: in conſolando blãda ſit & amica: in ſuadendo grauis ſit, & ſentẽtioſa: ĩ narrando lucida, & graphica: in petẽdo verecũda: in commendando officioſa: in rebus ſecũdis gratulabunda: in afflictis ſeria. Deniq; (ne quę ſunt infinita, perſequar) ſit verſipellis, ac Polyp⁹ quẽadmodum ſemet ad omnẽ ſubiecti ſoli habitũ, ita ſeſe ad quęuis argumenti reliquarũmq; circunſtantiarũ habitum attemperet. Neq; enim rei ſolum obſecundabit epiſtolæ ſtylus, verũ vt dignum eſt egregio quopiam Mercurio (nã nũcij vice fungitur epiſtola) tẽporum perſonarũq; rationẽ habebit: nec eadem de re quouis tempore, nec apud quoſuis loquet: alia ſpecie ſeſe offeret ſenibus, alia iuuenib⁹: alia tetricis ac ſeueris: alia ijs qui feſtiuiore ſũt ingenio: alia aulicis, alia

philoſophis:alia familiarib⁹,alia ignotis:alia vacuis,alia negotioſis:alia fidis ſodalibus,alia fictis amicis,ac parũ bene volentibus. Sed interim & illud ſpectabit,vnde veniat,nõ ſolum ad quem veniat,aut quibus de rebus legata. Proinde Mercurium quendã aget,ſemper pro re præſenti in omnẽ trãsfigurãs habitũ:ſed ita tamẽ, vt in tãta varietate vnũ quendam tenorem obtineat:videlicet vt ſemper mũda ſit,ſemper erudita,ſemper ſana. Ab his ſi nõ fuerit receſſum nullum eſt præterea delictũ in epiſtola, cui nõ ſit parata venia. Erit loquacior? ſcripta dicetur tum auido, tũ otioſo. Elaboratior erit, & lucernã olens? ſcripta eſt erudito, Habebit artificiũ? talẽ decebat mittere artifici. Carebit artificio? ſcripta putabitꝰ ei cui placebat ſimplicitas,aut imperitiori. Laconiſmũ habebit? occupat⁹ ſcripſiſti occupato. Fucatior erit,ac picturatior? ſcripta diceꝰ curioſo. priſcis verbis,antiquario: blandior amico: licentior familiari: aſperior improbo: adulãtior ãbitioſo putabitꝰ miſſa. Deniq; quicquid alibi nõ vacaſſet crimine,hic vel à re,vel à perſona ſcribẽtis, vel moribus fortunaq; & ætate ei⁹ cui ſcribitur, defenſionem inueniet. Quin & alias dãnãda phraſeos & argumẽtorũ varietas & inæqualitas,hic vel præcipuã habet gratiã. In noctibus ac Miſcellaneis argumẽto ſubinde nouo datur venia, ſtylo ſubĩde diuerſo nõ daꝰ. In epiſtolis iuuat etiã videre quantũ oro iuuenilis differat à ſenili, quidve ætas ſtylo vel adiecerit, vel detraxerit. Quare qui vnã quãpiã formã ac faciẽ huic generi tribuere conantur,hi nõ ſolum inanem, verum etiam ridiculam operam ſumunt.

PECVLIARIS EPISTOLAE CHARACTER.

FORTASSIS erũt qui quaſdam epiſtolas ſemouebũt ab hoc ordine: quod gen⁹ ſunt epiſtolæ ad exercitationẽ, vel oſtẽtationẽ ingenij cõfictæ: veluti Phalaridis, quas eruditi tribuũt Luciano, & amatoriȩ Philoſtrati ſanè quã elegãtes, ſi peride eſſẽt caſtȩ: ad hȩc heroinarũ authore Naſone, aliæq; cõſimiles, quas ſi quis malit appellare declamatiũculas, equidẽ nõ admodũ refragabor. Sũt in quas magis libri nomen videtur cõpetere: quales ſunt aliquot Platonis, Senecæ oẽs: pleræq; Hieronymi, Cypriani, & Auguſtini, Tertuliani, paucȩ. Sũt quas aliquis malit oratiões appellare, nimirũ quȩ ad prĩcipes aut magiſtrat⁹ arduis ac perplexis de rebus prolixe ſcribuntur. Tũc enim epiſtola, non confabulonis, aut nũcij, ſed orationis vice fungitur. Quod ſi quis non dignatur epiſtolæ vocabulo niſi quæ priuatis de reb⁹ inter amicos obãbulet: quanq̃ ne hic quidẽ certa forma præſcribi poteſt: tamẽ ſiqua peculiaris eſt huic generi, videor mihi non maiore cõpẽdio quæ ſit indicare poſſe, quã ſi dixero talem oportere eſſe dictionem epiſtolæ, quales ſunt amicorũ inter ipſos cõfabulationes. Eſt enĩ (quod ſcite ſcriptum eſt à Turpilio comico) epiſtola, abſẽtium amicorũ quaſi mutuus ſermo, quẽ neq; agreſtẽ aut aſperũ, neq; fucatũ eſſe oportet, neq; vna de re, neq; ad faſtidiũ vſq; multum. Eoq; ſimplicitatẽ, candorem, feſtiuitatem, argutiã amat hoc epiſtolarũ gen⁹. In his igitur oĩa leporũ genera conſectabimur, niſi quũ res aut ꝑſonȩ diuerſa poſtulabũt. Neq;

diu ſermonem eundem vrgebimus: & quod ſolemus cū amicis confabulātes, miſcebimus, ſi videbitur nō ſolū multa, verumentiā varia. Huic generi magis cōgruet Atticiſm⁹, ac ſtyl⁹ humilior, comœdiæ ꝓprior quā tragœdię, aut ſi quid etiā humilius phraſi comica, modo docta ſit humilitas, meminerimuſq; nō īferioris eſſe facultatis, cum laude humi ſerpere, quā cum Dædalo volare per aëra: & vicinum lit⁹ legere cōtractis velis, quā ſublatis antemnis medio ferri pelago. Amica eſt huic generi breuitas, maxīe ſi vel de multis, vel de minutulis negotijs aget: & ſi aut ipſi qui ſcribim⁹, aut ij quib⁹ ſcribitur, occupatiores erunt. Cæterū quib⁹ rationibus præſtanda ſit breuitas, indicauimus in opere de Copia. Quod ad hoc inſtitutū attinet, breuiloquētiam prꝫſtabim⁹, ſi quando, ita vt ſit in comœdijs, ſtatim mediam rē aggrediemur: ſi præfationes ſuperuacaneas vitabimus: ſi verbis quā ſignificantiſſimis vtemur: ſi rerū exitus ita proponem⁹, vt ex his conijciantur ea quę præceſſerūt: ſi epiſtolæ cui reſpondem⁹, argumētū recenſere ſuperſedebimus, quæ res nōnūquam bonam epiſtolæ partem occupat. ſed hoc e noſtris diuinādū relinquemus. Quod genus ſunt illa, Quid narras? Antonius epiſcopus? Ouem lupo, quod aiunt. Hęc tempeſtas magis deſiderabat Aurelium. Ille quid aliud quàm nullus, magnus malus, piſcis? Tu verbo, ſed abſolutius totum hominē depinxiſti. Occideras de valetudīe fratris: ſed optimo medico quātū debeam, breui re ipſa declarabo. Fœcūditas vxoris mihi iucūdior eſſet, ſi res vna cum prole creſceret. Cū Laurētio homi-

ne furioſe maledico ſatius arbitror nullo pacto cõtẽdere. Quid eni aliud quã iritabis crabronẽ, aut quid crabrone peſtilentius? Ex his enim verbo notatis perpendet lector quid ille ſcripſerit cui ſcribitur. Sunt qui alienã epiſtolã penè totã recẽſent, ac propemodũ verboſius q̃ is qui ſcripſit. Si res poſtulet vt repetatur argumẽtum, id dextra quadam ac cõmoda breuitate fieri cõueniet. Qua quidem in re Politian⁹ mirus eſt artifex, qui hoc in pleriſq; epiſtolis facere cõſueuit, nimirum lectori conſulens, ne quid deſideraret ſi forte non extarent epiſtolæ quibus reſpondet aut ſi tales eſſent, vt non liberet legere.

ELEGANTIA.

IAM admonere vt ſermonis vitijs careat epiſtola, tametſi hoc ĩ arte ſua præcipiunt rhetores, tamẽ mihi vix operę pretiũ videtur, nec eni tã ad rẽ attinet admonere ne fiat, q̃ edocere noſtrã ętatẽ, q̃ paſſim id facit Nihil breuius præcipitur, q̃ vt ſit elegãs epiſtola: at nihil maiore negotio diſcit: nec vſquã peccatur aut turpi⁹, aut frequẽtius. Hoc vitiũ ĩtolerabile reddit ĩfelix affectatio. Quid enim tã portentoſum, q̃ oratio, quę quum munda nõ ſit, tamen ornata videri velit? & quũ ſana non ſit, tamẽ formoſa videri geſtiat, purpuriſſũ hulceribus illinẽs? veluti is qui noſtra ętate maluit dicere, ſagio quid portẽdas, q̃, ſentio quid tibi velis. Multa lectione, multis præſcriptionibus, accurata ſcriptorũ obſeruatiõe, multo ſcribẽdi dicẽdiq; vſu paratur ſermonis mundities. Erit hic igit̃ primus ac præcipu⁹ labor, ſi ſuppetet orationis puritas, atq; etiam ĩgenij ſanitas. Artem in epiſto-

la non admodum efflagitabimus:ſin deerit, riſum etiam mouebit artis affectatio.

EXERCITATIO ET IMITATIO.

N E illud quidē hominū gen⁹ errare ſinemus, quos ipſe nō parū multos deprehendi,qui tribus pręceptiunculis, ceu magicis verbis,recte ſcribendi facultatē dari poſſe credant:quorū ſtultitiæ vtinā olim non obtēperaſſem. Talis enim erat is,in cuius gratiā ante annos.xxv.opus hoc delinearā, nō tā ex animo, quàm mea facilitate cupiens obſequūdare flagitanti:quē mox expertus ſum & ingratum diſcipulū, & perfidum amicum. Is in principū aulis meliorem ac maiorem ætatis partem contriuerat,niſi ꝙ ſacerdotijs opimis onuſtus iam ſero ſapere cœpit,& de literis cogitare, quę mar ſupium non conſequūtur.Sed huius generis nō parū multos cōperi,qui ſimul atq; à prophanis negotijs,& à ſordidiſſimis coaceruādę pecunię curis,ad literas ſeſe appulerint,huiuſmodi quaſ dā cōpēdiarias recte ſcribēdi leges à nobis flagitare ſolēt:quas & ita breues eſſe volunt,vt ter tiā paginam non totam impleant: & ita efficaces,vt intra menſem non totum è muta pecude reddant oratorem eloquentem. Aiunt ſibi op⁹ eſſe omni compendio, propterea quòd & ſunt ignauiſſimi,vt quàm minimū operæ ſumant in reb⁹ honeſtis:& ætatis bonā partē iā alijs in nu gis perdiderunt: poſtremo quòd ad ſordida illa negotia redire feſtināt.literas igitur velut obiter ſecum rapere ſtudēt.Hos ſi ridere libeat,iubebo ſemel ex muſarū fōticulo bibere,atq; ī Parnaſſo ſomniare,quo repēte nobis prodeāt ex aſinis lu

ſciniæ. Cæterũ de quibus aliqua bona ſpes afful gebit, hos admonendos cenſeo, ne errent. Neq; enim cõmittã vt hæ pręceptiones quas ſtudioſorum adoleſcentium induſtriæ ꝓmouẽdæ paramus, aliorum ſtultitiã augeant. Augerẽt autẽ ſi quis tantum his tribueret, vt circa variam eruditionẽ, citra ſtudiũ vigilãtiſſimũ, citra multum vſum ex his ſibi facultatẽ recte ſcribẽdi polliceretur. Cæterum delicatos iſtos & indociles ſenes, quibus pluris ſunt pecuniæ, q̃ literæ, quib9 vacauit tot annis arcas onerare nũmis, nec vacauit animum ornare honeſtis diſciplinis, in Parnaſſum, vt dixi, mittamus, vt poſtquã illic vnã noctem cũ Ennio ſomniarint, magno omnium ſtupore, ſubito ꝓ Midis redeãt Cicerones. Aut certe legemus illos ad talẽ pręceptorẽ, qualẽ rhetorices doctorẽ depinxit Lucianus. Porro iuuenes induſtrios, ac meliore mẽte præditos, ad vigilias, & exercitationis aſſiduitatẽ hortabimur: quã quũ in omni re, tũ in hac potiſſimũ tenere primas, & à grauioribus authoribus dictũ eſt: q̃ vt ſit dubitandũ, & ſæpius repetitũ eſt, q̃ vt hic ſit admonendũ. Neq; tamẽ inficiabor bonã laboris partẽ doctoris cõmoditate poſſe detrahi: quẽ vt aſſiduũ & indefatigatũ, ita q̃ doctiſſimũ eſſe volo: ne quod præcipit, ipſe præſtare non queat: & iuxta prouerbium, Sus ſuem docere incipiat. Quòd ſi ob noſtrorum temporũ facilitatẽ non temere talis contingit, vt exquiſita doctrina prępolleat, ferend9 tamen erit: modo ne ſit ex horũ numero, qui falſa perſuaſione doctrinæ turgidi, magna (vt inquit Fabius) cõfidentia ſtultitiam ſuã perdocent, illiteratiores, q̃ vt

alios docere poſſint:elatiores,q̃ vt ab alijs doceri ſe patiãtur.Cuiuſmodi peſtes procul ex vrbibus deportãdas curarẽt vbiq; magiſtratus, ſiquidẽ aut parteis agnoſcerent ſuas, aut vlla omnino Reip. cura tangerẽtur. Ampliſſimis ſalarijs aluntur tot tibicines ac tubicines:at nemo potius erat ampliſſimo ſalario accerſendus, q̃ eruditus ludimagiſter. Verũ hoc ſalariũ nolim eſſe certum ac perpetuum, ne magnitudo mercedis improbos inuitet, & indoctos, quibus ſemel minus eſt frõtis,& plus audaciæ,q̃ eruditis. Cõueniet ſalariũ arbitrio doctorũ,& ſpectatæ fidei virorũ pro merito eius qui ad ſciſcitur,præſtitui, atque etiã augeri,minuive,ſi is ſua doctrina, ſuaq; induſtria vinceret expectationem de ſe,aut cõtrã. Alioqui periculũ erit ne vſu veniat quod in ampliſſimis ſacerdotijs videmus accidere: quæ quo ſunt magis opima,hoc ab indignioribus occupãtur.Extant apud nos,ſi Muſis placet,etiã volumina nõ exigua de cõſcribẽdis epiſtolis,ad vnãquãq; formã additis aliquot exẽplis:ſed o deum immortalẽ,cuiuſmodi? Sed hęc prodigioſa barbaries illi ſęculo imputanda eſt,quo prorſus extinctis omnibus bonis literis,impune regnabat inſcitia publice ſimul ac priuatim, quũ grauis & copioſus author eſſet Mãmætrectus, opulentum quoddã copię cornu Catholicon. Iã apud Italos cœperãt reuiuiſcere bonę literę, quũ Louanij magno cũ applauſu legerẽt epiſtolæ Caroli cuiuſdã,q multis annis moderatus eſt pędagogiũ Liliẽſe:quas nũc nemo dignet ſumere in manus. Apud Hollãdos,orbis lumẽ habebat Engelbertus quidam,qui ſuis epiſtolis nihil aliud docebat

pueros, quàm inepte ſcribere. Et niſi me fallit animi pręſagiũ, breui veniet ętas, quum nec his monitis erit op⁹, nec meis p̃ceptionib⁹ iuuẽtus egebit. Sed interĩ vt mediocriter literatos didaſcalos induſtria noſtra nõnihil adiuuemus, poſtea quàm ſuis tradiderit cõpendio artis rhetoricę p̃cepta, ſtudebit illos breuib⁹ & epiſtolarib⁹ argumẽtis frequẽter exercere. In his delectũ habebit & curã, vt ea potiſſimũ proponat, quę ętatis illi amœnitate velut illecebræ blandiantur. In his enim pueri vt libentius, ita & vtili⁹ exercebũtur. id fiet, ſi vel noua ſint, vel faceta, vel alioqui puerorũ ingenijs affinia. Ea vel ẽ poetarũ fabulis, vel ab hiſtoricis erũt petẽda, niſi quid nouæ rei, vt ferè fit, ſuggeſſerit vita mortaliũ. Frequẽter enim & noſtris tẽporibus eueniunt indigna quæ neſciat poſteritas. Et primi quidẽ generis ſunt amatoriæ Naſonis, in quib⁹ fortaſſe tutum non ſit rudẽ ætatẽ exerceri. Quanquã Heroinarũ ſunt caſtiores: neq; quicquã vetat & hoc genus caſte verecũdeq; tractari: veluti ſi proc⁹ blandis literis ambiat nuptias puellæ. Si Helena Paridem ab amore non permiſſo deterreat. Nã Penelopes ad Vlyſſem epiſtola tota pudica eſt, quẽadmodũ & Acontij ad Cydippen. Si vxor marito peregre ceſſanti ſcribat, vti domũ properet. Si Neſtor vir natu grãdis, & facund⁹, hortetur Achillẽ epiſtola, vt Briſeidẽ ereptã ab Agamẽnone, magno animo ferat: oſtendẽs regi etiã improbo parendũ eſſe: tũ publicũ cõmodum priuato dolori anteponendũ: poſtremo vehementer indignũ eſſe Achillis vel genere clariſſimo, vel animo generoſo, vel factis egregijs, ob bar-

baræ ancillæ amorem, virtutis obliuiſci. Vbi ſi-
mul etiã amœnus ſeſe locus aperit aduerſus vo-
luptatẽ inhoneſtã, rurſum alter ꝓ immortalita-
te geſtis eximijs apud poſteros parãda. *Si* Phœ
nix eidẽ ſcribat, vt cũ Agamẽnone redeat in gra
tiam, & periclitãtibus Græcis ſubueniat. Aut ſi
Antenor Priamo ſuadeat ne grauetur raptã He
lenã ſuo Menelao reddere, vel quia per ſe iuſtũ
ſit, vel quia ſtultiſſimi regis ſit, cõmittere vt ob
turpiſſimũ effœminati iuuenis & vix viri Pari-
dis amorẽ, tot fortiſſimi viri dimicationẽ ſuſci-
piãt, tot populorũ fortunæ, ſimul & vita, in ex-
tremũ diſcrimen pertrahãtur. Aut ſi Agamẽnõ
ſuadeat Menelao fratri, vt negligat potius He-
lenã, quàm vt ob mulierculam vita indignam,
tot procerũ millia in vitæ periculum adducat, &
eam totius orbis tumultu repetat, quæ etiam ſi
vltro rediret, nõ eſſet recipiẽda. Aut ſi Linꝰ Her
culẽ duabus cõſpectis deabꝰ, vtram potius ſequa
tur hæſitantẽ, ad voluptatis cõtẽptũ, & virtutẽ
amplectendam extimulet. Aut ſi Menelaus Pa
ridi violatum hoſpitium exprobret. *Si* Amphiõ
fratrem ad Muſices ſtudium a dhortetur, cõtrà
ille ad ſuũ inuitet. In hoc genere pleriꝗ Græci
non infeliciter luſerunt, ſed nemo felicius Lucia
no. Ex his tamen deligenda cenſeo, quę nõ om-
nino ſint otioſa, ſed habeant aliquid ad vitam cõ
munẽ cõducibile. Otioſa ſunt illa Luciani de Io
ue cerebro prægnante & ĩplorante ſecurĩ Vũlca
ni. de Neptuno p Mercuriũ non admiſſo cũ re-
cens Iupiter peperiſſet è cerebro Palladem. Nã
huius generis quę ſunt, vt ſunt amœna, & ĩge-
nij felicitatẽ arguũt, ita nõ multũ faciũt ad vitã

cõmunem. Huc propius cõducũt quę ẽ comico rum argumẽtis ducuntur. Quod genus fuerit ſi Phædriæ ſodalis illi ſcribat vt Thaidis amorem penitus excutiat ex animo, ac priſtinæ ſuę ſeueritatis memor ineptire deſinat: præſertim cum magno famæ reiq; diſpẽdio ſit alẽda, q̃ nec amet ex animo, nec vni ſui copiã faciat. Si quis diuiti illi Plautino ſuadeat vt Euclionẽ pauperẽ ꝓbũ, potius q̃ diuitẽ illũ procũ adſciſcat generũ: aut contrà diuiti potius collocet filiã, q̃ pauperi. Si Demea fratrem ad ſuũ vitę inſtitutũ vocet: hoc eſt, ab vrbana vita ad ruſticanam: à cœlibatu ad matrimonium: ab indulgenti liberorũ educatione ad ſeueriorẽ. Si ẽ diuerſo Mitio Demeam ad ſuũ vitæ genus adhortetur. Et hęc quidẽ pueris gratiora. At illa quę ab hiſtoriographis ſumuntur, propi⁹ etiã ad verũ accedũt, eoq; plus frugis adferũt, nec ita multo min⁹ iucũditatis: veluti ſi Horati⁹ iã capitis dãnatus, patris opẽ imploret, ſuamq; fortunã tã repẽte mutatã deploret. Si Cicero Milonẽ, vt forti animo ferat exilium, hortetur. Si quis Catonẽ à literis Græcis quas iam ſenex appetebat, deterreat. Si quis Ciceroni ſecum deliberanti an mortem ſibi cõſciſcat, an fuga ſaluti cõſulere properet: an exuſtis Philippicis, vitam ab Antonio redimat: quodlibet horũ triũ vel ſuadere, vel diſſuadere conet̃. Si quis Qu. Curtio gratuletur tam fortẽ ac piũ animum, qui priuatam ſalutẽ poſthabuerit ſuæ ciuitatis incolumitati. Si quis Delphicis ſacerdotibus ſuadeat vt Phalaridis taurum recipiant. Si quis Lucretiam vi conſtupratam à voluntaria morte reuocet. Si Ionathas Saulis filius,

Dauid amicum, regis metu latitātē, vagātemq; cōſoletur, vt promiſſi diuinit⁹ imperij expectatione mentē in rebus tā afflictis fulciat. Si Plato Dionyſiū regem ad philoſophię ſtudiū adhortetur. Rurſus ſi alius quiſpiā dehortetur. Si Reſpub. Romana Camilli exulis virtutē aduerſus Gallos extrema molientes imploret. Si Ariſtoteles Caliſtheni ad Alexādrū magnū proficiſcēti rationē præſcribat qua debeat regis conſuetudine vti, docens, cū regib⁹ aut q̃ rariſſime loquendū, aut q̃ iucūdiſſime: quo vel ſilētio tutior ſit, vel ſermone gratior. Si Caliſthenes Ariſtoteli reſpōdeat conſiliū futurū fuiſſe philoſopho dignius, ſi potius author fuiſſet non proficiſcendi in eiuſmodi principis aulā, in qua philoſopho vel ſeruiliter eſſet tacendum, vel turpiter adulādū: ſibi magis curę fore quæ ſint honeſta, q̃ quæ vtilia aut tuta. Si Alcibiades Socrati ſuadeat vt vxorē rixoſam ac procacem domo exigat. Aut ſi Callicratides, vt omiſſo philoſophiæ perēni ſtudio, ad mores cōmunes, & Reipu. adminiſtrationem ſeſe cōferat. Si Crito eidē ſuadeat vt elapſ⁹ ē carcere vitæ ſuę cōſulat. Huiuſmodi copioſiſſimā vī Valeri⁹ maxim⁹, alijque ſcriptores, qui res memorabiles ex hiſtoricorū libris decerpſerūt, citra veſtigandi tędiū ſuggerēt. Qui ex vna quapiā hiſtoria, velut ē vita Catonis, aut Antonij, aut Iulij Cęſaris, plurima themata duci poſſunt. Quare nos rē & infinitā, & cuius prōptā nō pſeq̃mur plurimis verbis. In hoc genere varie diligenterq; cōuenit exerceri iuuētutē, ꝙ pter ſtyli fructū, vetuſtas ac memorabiles hiſtorias hac ratiōe, velut aliud agētes iā

bibent, ac penitus infigent memoriæ: hominũ & locorũ nominib⁹ aſſueſcẽt: ad hęc decori vim & probitatis naturã, pręcipuas orationis virtutes ita potiſſimũ cognoſcent. Quare doctoris erũt partes, pri⁹ q̃ epiſtolę formã ꝓponat, rẽ geſtã, vnde neceſſe erit repetitã, & queãdmodum cõueniet, accuratiſſime pueris exponere, indicatis & temporũ mométis, & perſonarũ proprietatib⁹, reliquiſq; circũſtãtijs: ne aut aberrent à decoro ſcribentes, aut parũ cõſentanea dicãt. Deniq; vt ſint parati fontes vndè ducant vel argumenta, vel argumentorũ cõfirmatiões. quã ad rem nõ vulgariter adiuuat circunſtantiarũ cognitio. Tũ locos aliquot indicabit vbi ea tractentur apud authores, vt ipſi verborũ ac ſententiarum vim inde vel colligãt, vel imitẽtur, ex alijs ſimilia cõiectãtes. Iã qualia argumẽta ſuppeditant hiſtorię, talia licebit & confingere: cuiuſmodi pleraq; ſunt declamatoria, veluti Luciani de medico abdicato, & Auli Gellij de puerpera, cui ſuadet Fauorin⁹, vt ꝓprio lacte nutriat infantulũ. de quo genere mox nõnihil attingem⁹. Sed eſt & illud breuius, ac puerorũ ingenijs appoſitius exercitationis gen⁹, varios locos cõmunes, aut excogitatos, aut ab authorib⁹ traditos, arte tractare. Hi ferè ſumũtur vel ab apohthegmatis veterũ celebratis, vel à ꝓuerbijs, vel ab apologis vel à ſimilib⁹, ac metaphoris. Siqdẽ ex horũ vno quolibet poteſt argumẽtũ epiſtolæ cõpingi. De apophthegmate ſit hoc exemplũ: *Socrates bibitur⁹ cicutã, vxori Xantippæ vociferanti ꝙ innocẽs eſſet moritur⁹, Quid ais, iq̃t, mulier? nũ me malles nocentẽ mori?* Id valebit in epiſtola con

ſolatoria. Si vn⁹ quiſpiã eſſes de turba vulgi, merito grauiter ferres exiliũ, quod longe aliter pro merito cõtigit: ſed quoniã ſcio te virum cordatum, ac philoſophiæ quoq; præceptis nõ vulgariter inſtitutũ, hoc ipſo leniter ferre debes fortunã tuã, ꝙ indigno obtigit. Ea demũ grauis & acerba eſt calamitas, quæ accidit cõmerito. Nunc iſta fortunę ꝓcella qd aliud quã integritatẽ tuã, ac in rẽpub. merita illuſtrat? Sub hęc narrabitur apte quod modo retuli de Socrate. Prouerbij exemplũ eſto. Si me audies, deſines cũ tã multis coniuratis cõtẽdere. Nec tu Hercules es, nec res iſta virtute gerit. Et tamẽ, ſi ꝓuerbio credim⁹, ne Hercules aduerſus duos, & tu cum tot cãcris, cũ tot hydris cõgredieris vnus? Apologi exemplũ eſto. Si quem admonebimus ne periculoſo negotio ſe temere admiſceat, niſi pri⁹ expẽſa ratiõe qua confici poſſit quod inſtituit, adhibebit apologum de capro, quẽ ſiti periclitantẽ vulpes pertraxit in puteum, vnde poſtea non dabatur exitus. Itẽ ſi quis admonebit amicũ ne pendeat ex officio quorũdam qui magnifice polliceãtur, ſed ipſe corã ſuum agat negotium, elegãter accõmodabit fabulam auiculæ caſſitæ, quã in Noctibus ſuis refert Aul⁹ Gelli⁹. Parabolę vero ſit hoc exemplũ. Si quem admonebimus ne pertẽdat obſtinate quod per ſe quidẽ optimũ eſſe iudicat, ſed preſentibus rebus ſemet accommodet: ſimilitudinẽ adhibebit de prudẽte nauclero, qui non ſemper eò dirigit clauũ, quò recto curſu cuperet ire, ſed frequẽter obſecũdat æſtui, frequẽter vẽtis: ac flexis velis, eũ portũ petit, non quô curſũ inſtituerat, ſed quẽ præſens tẽpeſtas con-

cedit. Hæc mihi vidētur aliquanto pl⁹ cōduce-
re ad parandā orationis facultatē, quàm quædā
quę in ſuis progymnaſmatis tradit Aphthoni⁹.
Cæterū quod de apologis diximus, idē habebit
locū in poetarū fabulis ad ſeriam rem vel confi
ctis, vel detortis: veluti ſi quē à negotio maiore
q̄ vt ipſi⁹ virib⁹ cōueniat, deterrere pares, Icari,
aut Phaētōtis caſum accōmodes. Si quē à ſtudio
cōgerēdæ pecunię reuocare ſtudeas, in tempore
adhibebitur Tātali fabula. In huiuſmodi thema
tis pręludat ætas illa rudis, vt quod diligēter ad
monet Fabi⁹, tenerę adhuc mētes veluti ſub nu-
tricibus molli⁹ alantur, & vberiore quodā iucū-
dioris diſciplinę cibo lactḗq; ſaginētur. Cęterum
adultiores iā ad materias vero proximas paula-
tim ſunt adducendi. Eas pręceptor vel aliūde ſū-
ptas ꝓponet, vel ipſe cōminiſcetur, ex omni ge
nere cauſarū varias, maxiēq; fœcundas. Alioqui
fiet vt pueri nihil aliud diſcāt, quā inepte ſcribe
re, ſi quēadmodū ī pleriſq; ludis fit, literator in-
doctus pro themate proponet friuolū ſtulti capi
tis ſomniū, in quo neq; ſit vlla ſētētia, neq; quic-
quā cohęreat, ne ſermonis quidē vlla gratia. Por
rò in caſtigando tantū notantur inſignes ſolœ-
ciſmi: veluti ſi deprehēdāt, admoneo vobis, pro
admoneo vos: quū alia quæ diſſimulātur magis
etiam ad rē faciant. Nā iſta vitia vel vſu dediſcū
tur, illa neglecta hærent in omnē vſque vitam.

QVOMODO PROPONENDA MATERIA.

AT DOCTOR nec abſolute pertractatā
materiā proponet, ne nihil reliquat in
uentioni puerorū: neq; nudā tamē, ve-

rum circũſtãtijs aliquot circũſcriptam, vt aſſueſcant velut ad certum ſcopum dirigere ſagittas, & ex his ſentẽtias, argumenta, & argumẽtorũ probationes, amplificatiões, aliáſq; figuras cõminiſci: veluti ſi quis ſuadeat puerperæ vt ſuo lacte alat quod peperit: addit, puerperã eſſe puellã, puerũ elegantẽ, ac patri ſimillimũ. Quanquã vix aliud argumentũ reperies, quod alienius ſit â circũſtantijs. D. Hieronymus in epiſtola qua matri recõciliat filiam (nam ipſe propemodum fatetur hoc argumẽtũ ab ſe ſcholaſtico luſu cõfictũ) non nude proponit, filiam indecore diuulſam à matre: addit matrẽ viduam, filiam virginem, cui frater eſſet monachus: filiam adoleſcẽtulam, corpore vegeto, relicta matre, cõtempto fratre, in monachi cuiuſdã nulla propinquitate coniuncti, formoſuli & adoleſcentis, domeſticũ contuberniũ conceſſiſſe, cum hoc coniunctiſſime viuere: nec aliud incuſare, quàm maternorũ morũ difficultatem: cognatos ſuſpectum conuictũ grauiter ferre, fratrem in primis: nec tamen adduci puellam, vt cũ matre redeat in gratiam: fratrem cõtemptũ, ordine rem omnem Hieronymo denarraſſe. Qui ſic propoſuit, nonne eadẽ opera multam oratiõis ſupellectilẽ ſuppeditauit? Ad hanc imaginẽ multa licebit confingere. Quod genus ſit, Luci9 & Antoni9 vtriq; adoleſcentes, ſed alter mediocri fortuna, alter beatiſſimis parentib9 nat9, â primis annis ſeſe non ſecus ac fratres amarant. In luſibus, in cõuiuijs, in cõpotatiõib9, in amorib9, alijſq; voluptatibus & vitijs, quibus ea fere laborat ætas, vterq; alterũ & cõſciũ habuit, & ſodalẽ. Natu maior Lu-

eius ne male profligata, & infamiæ iam ꝑuulgatæ, & amoris infelicis tædio clã patria profugit: Lutetiæ forte fortuna quendã amicũ paternum nactus, ab eoq́ excitatus, ſimul & adiut⁹, bonas literas nõ minus ardere cœpit, quàm antea ſcortorũ amoribus æſtuauerat. Hic Antonio ſodali Brugis relicto ſcribens, & ſibi de mutato feliciter aĩo gratulatur, & veterẽ ſodalẽ à perdita vita ad literarũ ſtudiũ pertrahere conatur. *Si hęc* propoſitio totius argumenti, non ſine circunſtãtijs. Mox oſtẽdet argumẽti genus, quod eſt ſuaſorium. Deinde demõſtratis partibus, quę ſolẽt in hoc gen⁹ incidere cõmuniter, quæq́ tradunt ab artis rhetoricæ ſcriptorib⁹, quę ſint huic themati peculiares, indicabit. Admonebit toti⁹ epiſtolæ caput in hoc eſſe, vt corruptæ illi⁹ vitę turpitudinẽ, infamiã, pericula, incõmoda diligẽter enumeret, atrociter exaggeret, dilucide ſubijciat oculis Luci⁹: tũ innoxiæ vitæ, & honeſtorũ ſtudiorũ cõmoda cũ ãplificatiõe recenſeat: quãtopere hominẽ deceant: quàm ad beate viuẽdũ cõducant: quantũ item ornamẽti, quãtum ſolatij in vtraq́ fortuna præſtẽt: quã ſolæ nomĩ nisi mortalitatẽ, ac nunquam intermoriturum honeſtæ famæ decus largiantur. Deinde per collationẽ doceat has veras & ſolas eſſe opes: i his vera eſſe vitæ oblectamẽta: ex his veros honores proficiſci. Et hęc erunt futurę epiſtolæ ceu lineamenta q̃dã, veluti carbone denotata. ddet deĩde ad vnãquãq́ partem diuitem ſupellectilem, rationum confirmationem, ſimilium, exẽplorũ, ſententiarũ. Oſtendet qua parte poſſint commode ſuccurrere loci communes, & quomodo tracta-

Siquidē hic loc⁹ cōmunis eſſe poteſt, Peregrinatiōe corrigi ſæpenumero, quos patriæ deliciæ corrūpūt. Alter, Nihil homini felici⁹ accidere poſſe, q̄ fidū & amicū cōſilium. Deinde exordiendi ratiōes aliquot aperiet. Iucūdiſſimi cōuict⁹ memoriam cū voluptate renouabit. Dicet ſuā charitatē ob intermiſſam vitæ cōſuetudinem neutiquam refrixiſſe erga veterem ſodalem, verū id optare ſe votis ardētiſſimis, vt ea charitas quæ puerilib⁹ auſpicijs, & ineptis voluptatib⁹ alita fuiſſet, quo verior ac diuturnior eſſe poſſit, adamantinis vinculis aſtringat. Id futurū, ſi, quā in ſtultis voluptatib⁹ habuiſſent ſocietatē & cōiunctionē aīorū, eam in honeſtis ſtudijs obtinerēt. Et hic ſtatim incidit locus cōmunis de vera falſaq́; de firma & infirma amicitia. Negabit ſe ſatis ſibi etiā felicē videri, quod ab illa inſania reſſpuerit, quòd honeſtiſſimis diſciplinis pro turpiſſimis delicijs fruatur, niſi & alterā ſui partē, è ſimilibus malis exemptā, ſuæ felicitatis participē viderit. Nec id difficille futurū, ſi quidem ille ſodalem ijs aurib⁹ audiat de cōmuni ſalute differētem, quibus ſæpenumero audiuit ſe ſuis flagitijs pueriliter garriētē. Rem agi neq́; leuē, neq́; ſummis aurib⁹ hauriendā, ſed in intima pectoris penitus demittendam. Et huiuſmodi quidē exordiendi ratio poterit indicari. Quòd ſi quid erit cauſæ, cur malit obliquo ductu vti, finget ſe nihil dubitare quin ille quoq́; tot⁹ ſit īmutat⁹, atq́; illi veluti ad meliorē frugem immutato pro ſuo in illū amore gratuletur, prædicās ab eo fieri quicquid ab eo fieri vellet. Tū ſuaſiōis ingreſſ⁹ quidā ac veluti tranſitus oſtendetur. Negabit Lu-

cius Antonium ſuũ mirari oportere, ſi quæ nũc ſcribit, lõgiſſime à priſtina vita diſſideãt: imo ſi frequẽter in falſis bonis, veriſq; malis ſodali gratulat⁹ eſt errans erranti: nũc demũ iuſtiſſimam eſſe gratulandi cauſã, qui ſtultiſſimas ac peſtiferas voluptates cum feliciſſimo ſtudiorũ amore permutarit. Deinde tanquã diuiſione proponet ſe duo quędã in ea epiſtola conari, alterũ, vt prior ſus illi perſuadeat quãta ſit ipſi gratulandi cauſa, id eſt, quantũ effugerit malorum, & quid felicitatis ſit aſſequutus. Alterũ vtriuſq; intereſſe, vt Antonius abiectis nugamẽtis, quib⁹ iam nimiũ ætatis datũ ſit, ad eadẽ ſtudia totum ſe conuertat, & ipſe ſaluus Pirithoum ſuũ tanquã ab inferis reuocatum cõſpicetur. Id velut argumentationi veſtibulum. Sub hæc propoſitiones indicabit argumentationum, ceu baſes totius negocij. Quarum excogitatio vt longe omniũ difficillima eſt, ita cũ primis neceſſaria: adeo, vt niſi his repertis, reliqua futura ſint otioſa. Et nõ aliud eſt qđ min⁹ arte prẹſcribi poſſit. Qua de re peculiaria quædã tradidit Fabius Quintilianus, propoſita cõtrouerſia Thebanorũ ac Theſſalorũ: & nos in cõmẽtarijs de copia, rem, ſi non erudite, certe craſſe explicauim⁹. Huic igitur argumento huiuſmodi ꝓpoſitiones generales cõſtituere licebit. Liberalibus ſtudijs nil eſſe pulchrius, ea ſumitur ab honeſto. Nihil glorioſi⁹, ea ſumitur à laudabili, quod natura quidẽ ab honeſto ſeparatũ nõ eſt, ſed perſuadẽdi cauſa ſeparatim tractatur. Nihil ſuaui⁹, ea ſumit à iucundo. Primę, quæ generalis eſt, huiuſmodi ſecũdariæ ſubſeruiẽt. Maxime ſecũdũ hominis naturã eſſe ſcire:

eóq; nec hominis vocabulum mereri, qui literas neſciant. Proinde ſi literæ nihil adferrēt momēti ad famā honeſtam, nihil ad vitæ iucūditatem, nihil ad opes aut dignitates parandas, tamē propter ſeſe expetendas. Altera fuerit, ad perfectā virtutē ſolas literas eſſe duces, ac veluti pedagogas. Cui⁹ vt ſemina proficiſcūtur à natura, ita à literis petit̄ abſolutio. Ab his præſtari cognitionem rerū expetendarum, ac fugiendarum: has mederi morbis animorum: has trāquillare mentes mortalium: ab his compeſci ſequundis in rebus inſolentiā: ab iiſdem peti lenimen ac robur in reb⁹ afflictis. In priore propoſitiōe cōfirmāda adhibebitur argumēti vice, quod pueri quoque natura gaudem⁹ ſi propoſito ænigmate ſenſum cōiecim⁹, aut ſi quid nouæ rei diſcere contigit: contrà falli moleſte ferim⁹. A philoſophis ceu propriam notā tribui, rationale eſſe. at hæc non in illum cōpetit, qui nihil ratiocinatur, ſed pecudum more ſenſib⁹ & vſu ducitur. Eſſe vero qui negent hominē à reliquis animātib⁹ differre rationis ſpecie, ſed gradib⁹ duntaxat: ita fieri poſſe, vt paulati adiectis inſcitiæ ſtultitięq; icrementis homo deducatur vſq; ad pecudē. In hoc natura finxit hominē erectū, & ileuit cognoſcēdi ſtudiū, vt in reb⁹ à deo conditis philoſopharetur: ſimulq; & deum omnium opificem, vt ſeipſum, & reliquā huius mundi machinā cōtēplaretur. Ad hæc locupletāda poterūt adhiberi quę poëtæ Platonici reliquiq; ſcriptores de hominis cōditiōe prodiderūt: de luteo Promethei ſimulacro, cui ignicul⁹ ille cęleſtis indit⁹ fingitur: de luto quod de⁹ ſumm⁹ ille figul⁹ afflatu ſuo anima-

uit:de particula diuinitatis iuxta quaſdã corporibus humanis addita. Quidã eñi arbitrati ſunt animã nihil aliud eſſe, quã ſcintillã ex igni, aut radiolum è luce illa diuina, de mentib⁹ è ſtellis petitis, aut certe e theſauro dei. Huc pertinebit illud Platonis figmẽtum de animabus in terram delapſis, quibus hic ſcire nihil eſt aliud, quã ceu per ſomniũ reminiſci eorũ quæ quondam liberę corporib⁹ viderũt apud Iouẽ. Hæc aliaqꝫ multa diuinitatẽ quandã animi declarant. Declararet illud, quod vnus animus exiguo corpuſculo incluſ⁹, tot tã varias ac difficiles diſciplinas intellectu cõplectitur, memoria retinet. Id prodigioſum videbitur, ſi quis perpẽdat quot hominũ ac rerũ vocabula tenet, qui vnã modo linguã didicit: quãto prodigioſi⁹ quòd Mithridates vnã & viginti linguas calluit? Et hęc eſt minima portiũcula mẽtis humanę. Addendum his quòd Plato negauit corp⁹ ad hominis naturã ꝑtinere: nihil enim aliud eſſe, quã inſtrumẽtum, domicilium, aut vehiculum animi: animũ eſſe totũ hoc quod hominẽ nominam⁹. Itẽ illud quod dixit Seneca, ni fallor, Vita ſine literis mors eſt, & viui hominis ſepultura. Quid minus eſt homo, quã hominis cadauer? Iã enim corp⁹, nõ corpus eſt, ſed ſepulchrũ, animum etiam ipſum à natiuo vigore cohibens: & hinc philoſophi σωμα dictũ putãt, quaſi σημα, hoc eſt, ſepulchrũ. Nec aliò ſpectat quod Plato ſcripſit, philoſophiã nihil aliud eſſe, quã mortis meditationem. Nam ſi abduci à corpe, dicit animę mori: & philoſophia abducit animũ à reb⁹ corporeis & craſſis ad res ęternas intelligibiles: iã incipit anim⁹ viuere, quum

ab hoc ſepulchro emicat. Ex hiſtoria ſumi poteſt, ꝙ Diogenes accẽſa in meridie lucerna, rogat⁹ quid ageret, reſpõdit ſe hominẽ quærere. Rurſ⁹ aduocata cõciõe populi hac voce: Audite hoĩes, audite hoĩes. quũ iã ſatis magna multitudo cõgregata rogaret ꝗd vellet dicere: reſpõdit ſeſe homines aduocaſſe, non illos, qui nihil haberẽt hominis. Adhiberi poterit & illud mimi cuiuſdã dictũ de homine craſſo & indocto: Nullus, magnus, malus, piſcis. Nullũ appellabat nullius pretij, nihiliq́ꝫ: magnũ, onuſtũ, obeſo corpore, atq́ꝫ abdomine pigrũ: malum, nulla virtute præditum: piſcem, infantem & elinguẽ. Huc referri poteſt quod vulgo quoq́ꝫ iactatis prouerbijs ſtupidis & indoctis adimunt hominis vocabulũ. Quid enim aliud ſibi vult ꝙ ſtupidũ & indoctũ appellant ſtatuã, veluti figurã duntaxat hominis, nõ hominem? Item, aſinum ad lyram, ſuem, ſuem Bœoticum, aſinum Antronium, nihilo diſſimilem elephanto, ouem, beluam, pecudem, fungum, ſtipitem, caudicem, plumbũ, ſomnium hominis, monſtrũ hominis. Adhibebitur & parabola: Vt auena vitio ſoli in loliũ degenerans, vt triticũ ſimili de cauſa degenerans in ſiliginẽ, nomen ſui generis amittit: ita homo pecus eſſe incipit, ſi neglectis honeſtis ſtudijs, ventris tantũ & inguinis curã agere cœperit. Rurſum alia: Et ſicut materia ſuſpẽdo ſimulacro habilis, tamen ſignũ non dicetur niſi forma artificis induſtria acceſſerit: ita natiuitas nõ facit hominẽ, ſed humanæ naturæ capacẽ. Quod naſcitur, ceu rudis quædã materia eſt: inſtitutio formã inducit. Tertia fuerit: Vt maxime ſecundũ

naturam eſt ſurculū inſitum eius arboris referre ſaporē, vnde decerptus eſt: ita non oportet animum hominis, cuius eſt origo cæleſtis, à ſuo genere degenerare. Et vt natiuum eſt igni noſtro ſurſum niti (trahitur enim vi genuina ad fontē originis) ita hominis ingeniū, quanquā eſt his vaporib⁹ corporeis immerſum, tamē principij nō poteſt obliuiſci. Rurſum alia ſimilitudo: Vt vrſus non eſſet vrſus, ſi mēs hoīs ſub vrſi figura lateret: queādmodū nec Apulei⁹ vere aſin⁹ erat, quū icolumi mēte formā aſini circūferret: ita nec homo diceretur ſi mēs pecudis humanā animaret figurā. Itē ſi ſtatua figurā hominis per omnia repræſentet, quales ferūtur fuiſſe Dedali, nō ſtatim homo diceť: ꝙ mēte vacet. nimirū figura nō facit hominē, ſed ſciētia. Hinc eſt ꝙ poëtæ veteres, nimirū homines prudentiſſimi, fabulis nō otioſis prodiderūt hos quib⁹ nulla colēdi ingenij cura fuiſſet, ſed pecuinis voluptatibus ſeſe totos dedidiſſent, in ferarū naturā abijſſe. cōtrà, qui ſapiētia cæteris prçelluiſſent, eos vt dijs genitos, in deorū cōſortiū à morte reuerti. Et dæmones, quos illi deos inferiores exiſtimant, autumāt dictos quaſi δαήμονας, hoc eſt, doctos, aut ſciētes. Et Horatius īperitū hominē appellat corp⁹ ſine pectore. Huiuſmodi ſupellectilis variā copiā pueris ſuppeditabit p̄ceptor. Nā mihi interim ſatis eſt rationē ijs qui docent indicaſſe. Et qđ nos in vna propoſitione locupletāda tentauim⁹, id ille faciet in ſingulis: & in harū vnaquaqꝫ parte, ſi quid erit tractabile: nō vt omnes pueri reddāt omnia, ſed vt ex multis ſuo quiſqꝫ ingenio cōſentanea rapiat: & ex ijs q̄ tra

dita ſunt,ſimilia cõſueſcat effingere. Sed iã nũc quoſdã exaudire videor pręceptiũculis meis obſtrepẽtes. Hui,inquiunt,næ tu dura mones, & negotij plena,tum autẽ puerorũ animis atq; ingenijs maiora. At ego iã ab initio non aſinũ,ſed pręceptorem mihi requirebã,nec ineruditũ,nec laboris fugitantẽ. Nã ſi indoctus eſt,qua fronte doctoris nomen ac locum occupat? Si ignauus, cur negotiũ tã operoſum ſuſcipit? Hæc eſt literatoris profeſſio:hęc fabula quã agendã ſuſcepit. Nemo vinetũ colẽdũ ſuſcipit,niſi ſtatim animũ ſuum ad inexhauſti,& (vt inquit Virgilius) in orbem redeũtis laboris circulũ præparet. Pueri vero quid poſſunt audire vel iucundius,vel vtilius? Ab his exercitamẽtis ꝓdibunt qui facunde cõcionẽtur in tẽplis:qui prudenti eloquentia moderentur ſenatũ, qui cũ laude obeãt publicis de rebus legationes:deniq; qui quauis in re & iudicio valeant,& oratione. At iſta,inquiũt, nondũ illis annis ſapiunt. Veſtro ſanẽ vitio,ã quib⁹ bonorum authorum loco modos ſignificandi, & id genus gloſſemata non minus ſtolida q̃ ꝓlixa didicerũt. At antiquit⁹ pueri à nutricib⁹ in ludũ miſſi, ſtatim ab optimis authorib⁹ literarũ ſtudiũ auſpicabãtur,neq; detinebãtur decẽ annis in dediſcendis nænijs. Liceat quæſo,ꝑ vos,o moleſti,vel adoleſcentibus diſcere qđ vos pueros docere debueratis: ſinite vt prima ſtatim ętate hauriãt qđ ſemper meminiſſe ſit pulchrũ. Imbibat teſtula recens ſuccũ puriſſimũ,quẽ diu reſipiat. Diſcãt iſta in prõptu habere, & in varios vſus, vt res hortabitur,accõmodare. Quid enim docendo agitur,niſi ne ſemper ſint docendi iuue-

nes? Quibus ſiquando optima traditurus es, cur ea non ſtatim tradis? Si nunquã, quid doces? An hoc agitur, vt tu ſemper doceas, illi ſemper ſint docẽdi? Ne pigeat bonũ virũ, ac de Repub. vel gratis bene mereri cupientẽ, huius operæ, diſcẽtibus quidẽ neceſſarię, cæterum nec ipſis qui docent, ſterilis & infrugiferæ. Ergo poſtea q̃ toti⁹ operis ad hũc modũ imaginẽ quandã ac ſyluam ſubminiſtrauerit, affect⁹ deniq; & epilogũ oſtẽderit: tum indicabit idem argumentũ alia quoq; ratione tractari poſſe. Quod genus ſit, ne à propoſito recedam⁹ exẽplo, ſi docebit omnem literarum cõmendationem tractari poſſe per comparationẽ, itidẽ & inſcitiæ vituperationem. Huius generis hæc erit propoſitio, Inter omnes res quas mortales tãtopere mirant̃, ac p fas nefaſq; ſequũtur, nihil eſt qđ cũ eruditione ſit cõferendũ. Nam honores iſtos, in quibus ambitio mortaliũ finem boni conſtituit, multo periculo peti, maiore poſſideri: ne honores quidem veros eſſe: quippe qui peſſimo cuiq; ſæpenumero cõtingere ſoleãt: nec eſſe perpetuos, etiã ſi veri ſint: atq; adeo nõ perennes, vt ne diuturni quidem ſint: quippe quos fortunę temeritas vt interdũ inſperãtibus obijcit, ita frequenter inopinatò tollit. Cõtrà, literas in otio parari: ſumma trãquillitate poſſideri: nõ niſi ſua cuiq; ĩduſtria cõtigere: verã & ĩmortalẽ parare gloriã. Et hic primus diſſerendi cãpus, multis locis cõmunib⁹ vndiq; amœnus eſt: multa exemplorũ ſimiliumq; varietate fœcundus. Deinde aperiendus alter: Bonã mortalium partem, aurum, argentũ, gẽmas & alias hoc genus opes, per ſaxa, per ignes, magno ca-

pitis & vitæ periculo perſequi, quũ iſta ſint alie- r̄c bona: quippe q̄ & otioſis obueniant, & à cæca fortuna paſſim vt dantͬ indignis, ſic etiam dignis adimãtur. Proinde extra hominē eſſe, nec in hominis poteſtate, quippe q̄ infinitis caſibus intereãt, veluti naufragio, incendio, bello, furto, carie, ſitu: quorũ ſi nihil accidat, certe vſu conſumi. Quòd ſi nō vtaris, nihil habere pulchri, quã ob rē ſint expetendę. Ad hęc, vt affatim contingant, tamē nō explere mentē hominis, ſed tantũ irritare miſerã cupiditatē. Poſtremo nec animi nec corporis morbo mederi poſſe, ped poti⁹ vtriq; hominis parti malorũ omniũ ſeminaria ſuggerere: & adeo per ſe nō eſſe honeſtas, vt à virtute vel in primis auocēt: benignitate exhauriri: parſimonia putreſcere: magno ſudore cōgeri: maiore cura cōgeſtas ſeruari: maximo dolore diu ſeruatas amitti. In literis cōtrà hæc oïa. Nã alterã cōtentionis partē omitto: partim ne ſim æquo lōgior, partim vt aliquid aliorũ iuuentioni reliquũ faciã. Atq; hic ſecund⁹ porrigitur cãpus, latiſſime patens, & varius, nec inamœnus. Tũ tertio loco ꝓponet: Formæ dotem pleriſq; magnũ quiddã videri, & omnibus votis expetēdũ: verũ hanc nemini ſua cũ laude cōtingere, vt neq; culpa negari. Ab ijs enim quę nobis adſunt à natura, neq; laudem meremur, neq; reprehenſionem. neq; etiamnum ſciri, ſi bona contingat, vtrũ ab irata natura, an ꝓpitia detur: propterea q multis eximia ſpecies corporis perniciem attulit & ipſis qui poſſident, & ijs qui ſpectãt. Nã poſſeſſori quid adfert formæ venuſtas, præter ſolicitudinem, metum, ſuſpitionem, rumorem,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nium, morborũ omne genus adducere, ſui iuſtiſſimas vltrices: deniq; totum hominẽ in tartara demergere. At longe feliciores oblectationes ex honeſtis ſtudijs colligi: tanto nimirũ meliores, quanto corpori præſtat animus, & homo beluis antecellit: tanto honeſtiores, q̃to virtutis decus turpitudinẽ ſuperat. Feliciter parari, felici⁹ poſſideri: quæ nos nobis nõ eripiant, ſed reſtituant: quæ nos nõ ex hominibus in feras, ſed ex hominibus in deos trãſformẽt. Ad hæc ſynceras eſſe, nullo fermento vitiatas: quæ omnẽ animi, ſiqua reſedit, amaritudinẽ edulcent: quæ reguſtando fruendoq; dulceſcant: quæ liuorem neſciant: hoc ſuauiores, quo cũ pluribus cõmunes: quę nos ad extremum vſq; rogum non deſerant: quę annis quibus omnia deteruntur & obſoleſcũt, effloreſcant: nauſeam ſatietatẽ ac pœnitudinẽ neſciãt: quæ pręſtãt nõ vt vni aut alteri, ſed omni ſexui, omni ætati ſimus iucundi: quæ præſtant vt ipſi nobis etiam voluptati ſimus: quæ faciunt vt ſenect⁹ etiam moleſtia careat: quę nos in omnem regionem, in omnem fortunam comitantur. Deniq; quę delectãt eã hominis partẽ, qua vere ſumus homines. Sed parcã hęc lõgius perſequi. Neq; enim hęc ſunt omnia: & inumera ſunt q bus hęc locupletari poſſent. Neq; nos aliud ĩ p̃ſentia, q̃ viã indicam⁹. Poterat hoc gen⁹ & alio colore tractari: videlicet vt literas alijs bonorum generib⁹ anteponam⁹. Pręclara res opulẽtia, ad quã mortales infatigabili ſtudio cõtẽdũt. quãto par eſt acriorib⁹ ſtudijs eniti ad honeſtas literas, quib⁹ diteſcit anim⁹? Et in hũc modũ de cęteris partib⁹ quas ꝓpoſui, aut alijs his ſimilib⁹: cuiuſ

modi ſunt iuuentꝰ, vires, nobilitas, & ſi quid a-
liud ſit in hominũ vita vehementer expetitũ.
Quin & ꝑ fictionẽ tractari poterãt. Eruditionẽ
eſſe rẽ ꝑ ſe prȩclarã ac magnificã, adeo, vt ſi ni-
hil etiã adferat emolumenti in hac vita, tamen
ſua ipſiꝰ cauſa ſit expetẽda. qđ attigimus in ini-
tio. Quis enim nõ optet perfectã omnium rerũ
cognitionẽ, etiã ſi nũq̃ eſſet victurus inter homi
nes? Nũc inſtrumenta ſunt ad iuuandã Remp.
ac priuatim amicos, vt etiam ſi citra doctrinã
ipſi poſſemus feliciter viuere, tamen quoniã vir
bonus nõ ſolum ſibi naſcitur: vel in hoc compa
randa ſit eruditio, vt aliis poſſimus eſſe ſubſi-
dio. Verũ in epiſtola ſeria nolim has partes ni-
miũ extare. id quod etiã in orationibus nõnunq̃
expedit diſſimulare. Sed oportebit alia quadam
epiſtolari facie obduci: nõnunq̃ data opera ꝑtur
bari: ſed tamẽ hic ordo profuerit animo magnã
rerũ ac verborũ vim cõgerenti: ex quibus licebit
optima ſeligere, ſi locus poſtulabit breuitatem.
Ita fiet, vt nõ ſit ieiuna breuitas. In hoc argumẽ
to poterit & illud admoneri, blãdiorẽ oportere
fingi epiſtolã quam adoleſcens adoleſcenti, con-
gerro cõgerroni, amans ſcribit amanti: Tum ꝙ
qui ſuadet, inde ſibi pluſculum fidei conciliabit,
ꝙ ſuum errorem ſimpliciter agnoſcat, ac dam-
net: & veterũ voluptatũ memoriã ita refricabit,
vt declaret animum etiam à cõmemoratione
abhorrere. Ab ætate ſumet occaſionem: quæ ſi
grãdior eſt, dicet cõuenire vt plus ſapiat qui vin
cat annis. abſurdũ fore, ſi qui dux huius inſtituti
debuerat eſſe, nũc recuſet eſſe comes. Si minor,
dicet nullã ȩtatẽ magis idoneã diſciplinis, ꝓpter

ea ꝙ ſanguĩe calẽte magis ĩgenio vigeat, quôdq; tenaci⁹ hærẽt quæ primis annis hauriunt. Hoc magis eſſe properãdũ, ne pars eius optima fruſtra effluat. A forma item: quę ſi præſtans eſt dicet minime cõuenire vt in formoſo corpore animus inhabitet deformis. ſin min⁹, dicet hoc magis excolendũ bonis ſtudijs animũ, vt cũ corporis forma paria fiãt. A genere: quod ſi fingit illuſtre, dicet olim nullos magis incubuiſſe liberalib⁹ ſtudijs, quã claro genere prognatos. In alijs aut latere, aut negligi doctrinã, fortunæq; ſordib⁹ obſcurari, in bene natis habere ſuũ decus. Tũ obſcuri hominis literas fortunæ adminiculis deſtitutas, ꝑpaucis eſſe prę ſidio: nobilis, quoniã ferê ad ciuiles magiſtratus, aut eccleſiaſticas dignitates vocẽt: aut maximã adferre perniciem, ſi ad tractãdã Rempu. citra doctrinã accedant: ſi cõtra, maximã adferre publice ſimul ac priuatim vtilitatẽ. Sin obſcuro genere fuerit, excitandus eſt, vt ſibi ſuis ipſi⁹ præſidijs pariat nobilitatem, non paulo veriorẽ, q̃ qua vulgo tument claris orti natalib⁹. Ab opib⁹. *Si* rem familiarẽ habebit amplã, demonſtrabit illi, tanto magis enitendũ ad honeſta ſtudia, ne quum fortuna cætera ſuppeditarit, ipſe ſibi defuiſſe videat, magnũ adiumẽtum ad cõſequendas liberales diſciplinas eſſe diuitias: ſed has tũ demum eſſe ſplendidas, ac ſalutares, ſi poſſeſſoris norit vti, atq; hoc præſtare doctrinam. Alios pleroſq; felicib⁹ quidem ingenijs præditos, ſed ob rei familiaris anguſtiã fruſtra cõſectari liberalia ſtudia: ipſi ob rem ampliſſimam, nec ociũ, nec librorũ vim defuturam, & optimi cuiuſq; pręceptoris futurã copiã. *Sin*

ſi diſcipulū oderis. Nam ea res teneros animos in odiū ſtudiorū trahit: fitq; vt prius oderint literas quàm norint cuiuſmodi ſint. Verū quę tolerari nō poterunt, ea blādius quidē, ſed tamen diligenter corrigēda. Quæ ferri vtcūq; poterūt, aut diſſimulāda interim, aut ingenio collaudato vertēda in melius. Contra, quæ ſcite excogitata tractatave videbūtur, ea nominatim ꝓbabit, & quā ob rē placeant, exponet. Atque interim iubebit & reliquos omnes attētis aurib9 excipere thema cuiuſlibet quod recitatur: ac diligēter obſeruare ſi quid animaduertāt reprehendēdū, aut etiā imitandū. Neq; illud inſcite monet Quintilian9, pueros ipſos percontationib9 excitādos eſſe, ecquid illi videant vitij, & qua ratione mutandū: & quid ſequutus ſit qui feliciter affectauit. Hoc ſatius eſt, quàm ſi nō periclitato illorū iudicio, tantū indicet ipſe quid damnet aut probet. At huiuſmodi percōtationib9 vide quantū cōmoditatū conſequemur. Primum, audientibus ſecuritas aberit, (vt ait Fabi9) neq; perfluēt aures quæ dicentur, ſimulq; perducentur ad id quod ex hac re quærit: nimirū vt aliquādo hæc inueniant citra indicē, & intelligāt ipſi. Sūt autē quędā vitia, quę præceptorib9 in adoleſcentulis non debeant diſplicere, veluti ſublimior ſpiritus, & orationis luxuries: quod hęc indoles promittat perfectam maturitatē. Ego in noſtris & alia pro tēpore ferēda cenſeo, puta voculas aut etiam clauſulas ex authorib9 ſublectas, poëtarū verſiculos, aut hemiſtichia ſubinde intertexta: trāſlationū licentiā: apertiorē artis affectationē: cōpoſitionē curioſe numeroſā, ac prope carmē

exprimentem. Hæc enim oĩa tametſi in adulto ſcriptore vitia ſunt, in proficientib⁹ tamẽ neceſſaria ſũt. Porrò ſiue quid laudes, ſiue reprehẽdas, vtrũq; & cum modo, & varie faciendum. In alijs inuentiõis nerui, ĩ alijs argumentandi ſubtilitas probanda: in alijs ſanitas, ĩ alijs grauitas: in his lepos, in illis varietas: in nõnullis diſpoſitio, in nõnullis conſiliũ, vt ad quãq; virtutem quiſq; videbitur accedere. Hæc laudis ac reprehenſionis diſpenſatio faciet, vt neq; quiſquam de ſe deſperet, neq; deſpiciat quenquã, tum æmulatio quędam inter omnes excitata, tum iritatis omnibus, alterius quiſq; laudem affectabit, dictu mirum quantum calcar addet ad ſtudiũ. Quorũdã putidis ingenijs, & ruſtico pudori priuatis ac blandis admonitionib⁹ erit ſuccurrẽdũ. Profuerit & illud, prętmiola quædã puerilia ꝓponere ijs qui primas tuliſſent. Victores collaudare modice: victos ad conãdũ hortari, quaſi ĩduſtria, nõ ĩgenio ſint prẹteriti. Hic ruſus mihi cachinnũ tollet grammatiſta quiſpiam ex iſto ordine qui Michaelem Modiſtam pueris ſolẽt prælegere, mẽq; clamitabit è ſtudio theatrũ facere. Atq; cũ ipſe è ſuo ludo carnificinã faciat, mihi concedat ſi veterũ conſuetudinem renouare ſtudeo, apud quos in ſcholis huiuſmodi cõcertationib⁹ iuuentutẽ exerceri ſolitam vel ipſe D. Aurelius Auguſtin⁹ teſtis eſt. Siquidẽ is in libris quibus titulũ indidit Confeſſionum, narrat ſibi freq̃ñter acclamatũ fuiſſe, vbi Iunonis apud Maronẽ in Troianos ſtomachãtis verba & affect⁹ cęteris felicius adũbraſſet. Agnoſcis theatricum verbũ acclamandi in ludos literarios fuiſſe receptũ,

& tu putas ſcholæ nihil cõuenire, niſi plagas, & eiulatus? Fabi⁹ haud vulgaris formãdæ pueritię artifex, nõ vno in loco pręcipit, iuuenum ſtudia nõ aſperitate deterrẽda, ſed blãdis applauſibus, modeſtiſq; laudib⁹ alenda, atq; exacuẽda: vultq; doctorẽ in parentis abire affectũ: contra diſcentes pręceptorẽ nõ horrere vt carnificem, ſed obſeruare veluti parentem. Nec obſcurũ quid ſibi velit Horatianum illud:

Vt pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint vt diſcere prima.

At cõtrà hic Arcadic⁹ quiſpiam aſin⁹, leonis indutus exuuio, quũ & indoctior ſit q̃ vt admiratione ſui pueros habere poſſit attẽtos, & inſuauior, q̃ vt à quoquam poſſit amari, vel amare quẽquã, tumultuoſa carnificina menſes eximit: pueróſq; ingenuos, quos neq; meliores poteſt reddere, quippe vir ſtultus & improb⁹, neq; literatiores, ipſe illiteratiſſim⁹, flagris excarnificat miſeros: clamorib⁹ & cõuitijs obſurdefacit, vt optimis illis annis ſine fruge cõtritis, magnã crudelitatis ſuæ mercedẽ percipiat. Vtinã tibi, ô ſacrilege (nam barbari leui⁹ ac diluti⁹ eſt vocabulũ) dignus tuis factis honos aliquãdo cõtingat, compellariſq; pileum iſtum, quẽ vt nõ promereris, ita nec intelligis, cũ cuculla permutare: proveſte iſta lacinioſa ſagũ aut renonem accipere: pro ſoleis ac ſandalijs perones: ꝓ ferula ligonẽ, aut ſcuticã: iſtóq; ornatu e ſcholis, in quibus nihil aliud es q̃ canis in balneo, rus extrudaris: aut ſtiuę, cui natus es, alligand⁹: aut, quod malim, in cõpedib⁹ foſſur⁹: aut ſi omnino ſine imperio durare nõ potes, boues & aſinos iſta tua voce territaturus.

beros cuiuis aſino cōmittim⁹. Sed hanc cedēdi ſequiendiq; neceſſitatem in puerorū ingenia trāſferāt, qui ceu Phrygū filij, niſi plagis cōciſi non emendantur. At quo tandē ore, dic quæſo belua, tu flagris à pueris officiū diſcipuli requiris, quū tu doctoris officiū nō præſtes? Effice vt merito te amet grex tuus: vt miretur primū ſtudia, deinde te quoq; ſtudiorū gratia: poſtremo vtrūq; alteri⁹ cauſa. Quod ſi nec amari potes, homo ſtolidus ac ſæuus: nec admirationē meretur triuialis iſta, ne dicā culinaria doctrina, vel inſcitia potius: quid etiā in ludo ſedes impudens? ſi in veterē morē tuo damnas inſtituto, age profer iſtos egregios artifices, quos tu nou⁹ magiſter ſic iſtitueris, vt cū veterum vel infimo certare poſſint. Quod ſi qui ſunt ad literas indociles pueri, pręſtat eos ablegare rus, ac parētib⁹ reddere. ſed interim doctori decreſcūt reddit⁹. Et ideo bonū virū oportet eſſe qui ſuſcipiat erudiendam iuuentutem. Sed iſtis nō alia ratio eſt, q̄ tyrannis principib⁹, qui malūt īperio q̄ æquitate retinere populū: non ꝙ illud melius ſit, ſed quod hoc difficilius. Sed iamdudū tēpus eſt vt ad id quod inſtituerat noſtra recurrat oratio: iāq; finis ſit cū iſtis Bœoticis ſuibus rixādi. Ergo pręceptor idoneus, & iſtorū diſſimilimus, poſtea q̄ annotarit quid ī ſcriptis puerorū placeat, aut diſpliceat: tū exēplar aliquod à ſe ſtudioſe elaboratū ꝓponet, aut etiā dictabit: neq; pigebit ī marginib⁹, quid ipſe ſit ſequutus annotare. Ordinis ratio, trāſit⁹ cōmod⁹: ſi quod ſchema ſpecioſius: ſi quod argumētū noue tractatū: vt ī eo perinde vt in ſpeculo videāt quid ipſos ſuffugerit, q̄d aſſequi nō qui-

uerint, vbi dormitauerit, aut cæcutierit. Alioqui quod iſti faciũt, prauã epiſtolę formã ꝓponere, quid aliud eſt, q̃ docere perperã ſcribere? Dicẽt, Quotũquęcꝫ reperias cui ſit ſtylus? Calceolariã nõ docet niſi calcifex: coquum nõ inſtituit niſi coquus: gubernãdi rationẽ nemo tradit niſi nauclerꝰ: & miraris, ſi literas docere nõ queas, quas neſcis? Quid docet grãmaticꝰ qui loqui neſcit?

Expediet aliquoties & nudũ thema ꝓponere, ac totũ inuentiõis laborẽ ipſorũ ingenijs relinquere, quò viriũ ſuarũ periculũ faciant. Magis autẽ blandiuntur etiã nobis quę ipſi quaſi peperimꝰ ĩgenio. Verũ id raro fieri velim. Nos olim quũ Senę Alexandrũ archiepiſcopũ, titulo D. Andreæ, Iacobi Scotorũ regis filiũ, Rhetorũ ſtudijs exerceremꝰ, iſqꝫ qui ſibi iam videbatur nõnihil profeciſſe, rogaret vt tãtum indicatis propoſitionibus ſũmis, reliquam omnem inuẽtionem ipſi relinquerem, paruimꝰ adoleſcẽti ĩgenioſo, miræqꝫ ſpei. Adniſus eſt ſũma vi, fortaſſe ſperans fore vt tametſi ſermonis vbertate vinceretur, tamen ob ingenij vigorem nõ multum eſſet à nobis relinquẽdus. Primùm collaudabam hominis induſtriam, & paſſꝰ ſum illum ſibi aliquandiu placere. Mox vbi indicaſſem quã multa illum fugiſſent, quàm multa nõ ſuo loco dixiſſet, criſtas demiſit, & agnouit quãtũ adhuc abeſſet à meta. Illud ĩ genere meminerit doctor, vt pro ſui quibuſqꝫ ingenij virībꝰ præeat. Rudibꝰ tota erit epiſtola pręformãda, progreſſis ſat erit lineamẽta quędã pręnotare: adultis ſuffecerit nudũ iudicare thema: vt & hac in parte parentum curã doctor imitetur, qui primũ infantibus ci-

bum pmanſum in os inſerunt: deindeſat habent in manum dare: mox mēſis tantum a dmouent: poſtremo etiam domo extrudunt, vt ſuapte induſtria ipſi ſibi q̃rere cōſueſcant, &, qđ dici ſolet, nare ſine cortice. Cōducet & illud, ſi iam ad mediocritatē ꝓgreſſis ꝓponem⁹ idem argumētum iterum, ac tertio, alijs verbis, aliaq; ſermonis figura tractandū. Quę res potiſſimū cōferet ad parādā oratiōis copiā, ac facilitatē. Id autem cōmodius fiet in breuioribus thematijs. In hoc genere Ciceronē legim⁹ cum Roſcio ſuo certare ſolitum, vtrum ille ſæpius eandem ſententiā variatis geſtibus reprę ſentaret, an ipſe mutatis verbis efferret. Extant etiamnū & Maronis in hoc genere ꝓgymnaſmata, veluti de Aurora, & anni partibus. ſed hac de re tēpeſtiui⁹ ac plurib⁹ dictum eſt in libello de Copia. Cæterum ad inuentionis facultatē pertinebit, vt palinodijs exerceantur: vt quod modo ſuaſerint, rurſus diſſuadeant: quod in cælum laudibus tuleris, id vituperādo ad inferos deijcias: ad quod ſis adhortatus, rurſum ab eo deterreas. Qua quidē in facultate plurimū valuiſſe fert Carneades. Hęc erunt ꝓpemodū ſimilia locis quos rhetores cōmunes appellāt, vt ꝓ amore, quemadmodū apud Platonem dicunt præter Socratē multi: & contra amorem, quemadmodum apud eundē Lyſias: ꝓ literis, cōtra literas: ꝓ diuitijs cōtrà diuitias: ꝓ monaſtica vita, & cōtrà: ꝓ linguis, cōtrà linguas: ꝓ matrimonio cōtrà matrimoniū: ꝓ monarchia, cōtrà monarchiā. Eiuſdē generis ſunt q̃ ꝑ collationem ceu contentionē tractantur, Vtra vita pſtantior, ciuilis, quā practicā vocāt Gręci:

an contemplatiua,quam theoricā illi vocant? Cę libatus potior,an coniugium? Ad dicendū vtrū ars plus poſſit,an natura? Vtrū recens hoc theologiæ genus præſtanti⁹,an priſcum illud? Vtrū plus valeat ad parandam famā militia, an literarum ſtudiū? Ad rem parandā vtilior ne ſit iuris prudentia,an medicinę ſtudium? Idem fit in perſonis,vter dux melior,Hānibal, an Scipio. Vter philoſophus excellentior,Plato,an Ariſtoteles, Vter poëta doctior,Virgilius,an Heſiod⁹. Vtri⁹ facūdia mirabilior,Demoſthenis,an Ciceronis. Hęc inſidēt in cōſultationib⁹. Verū quū deliberabit aliquis vtrū Romę citius paret fortuna,an in patria,vtrū ſatius ſit literarū gratia adire Italiā,q̄ Lutetiā:pręter ea quę ſunt locorū cōmuniū,ex ꝓprijs circūſtātijs multa ducet argumenta. Vtrum expediat pueros ſtatim admouere ſtudio literarū, an parcere tenerioribus illis annis,donec ætatis progreſſu nonnihil roboris collegerint. Neq; ſemper neceſſe eſt vt præceptor ſe thematis inueniēdi labore fatiget. Ex hiſtorijs,vt dixi,ſumere poterit,ex epiſtolis eruditorū,ſi quas pueri nōdū legerūt:veluti ex epiſtolis Ciceronis, Plinij,Cæcilij,Symmachi, Apollonij,Angeli Politiani.quur enim hūc ī hoc genere nō cū quolibet veterū cōferamus? Sed tamē è Symmacho rē peti malim,q̄ phraſin. Prōptiſſimam huius generis vim epiſtolæ diuerſæ Gręcorū ſuppeditabunt. Ex omnibus deguſtatis præceptor optima quęq; proponet. Semper enim ab abſolutiſſimis exordiēdū. Proinde Plinium illis ſtatim obijci malim,q̄ Franciſcū Nigrū, Mariū Philelphū, etiāſi pater in epiſtolis

nonnihil habet laudis. Aeneã, Gaſparinũ, Cãpanũ: multo minus Carolũ Viruliũ Louanienſem cuius ſcripta cito gratiã exuerũt. Non ꝙ negem in his eſſe quod aliquis poſſit imitari, ſed ꝙ mediocribus aut tolerabilibus tantum anteferri malim eximios. Cæterũ cui palma debeatur in hoc genere, non eſt huius inſtituti plurib⁹ verbis proſequi. Si quis omiſſis Græcis patiatur quenquã vllo in genere anteponi, M. Tullio, & Plinio, & Politiano primas detulerim. Sed hac ſanè in re fruatur ſuo quiſꝗ iudicio.

DE CONSVETVDINE VNVM MVLTITVDINIS NVMERO COMPELLANDI.

IAM vero cõſuetudinẽ inſulſiſſimã quidẽ illã, ſed aliquot iã ſeculis mire receptã, vnũ hominẽ multitudinis numero cõpellãdi, nõ tã dedocẽdi ſunt iuuenes, q̃ animãdi vt auſint cõtẽnere, certe quoties cũ ijs agitur, vnde nihil ſit periculi. Mea certe ætate iam hęc ineptia magna ex parte obſoleuit, paulatim ſuboleſcẽtibus bonis literis. Quanq̃ ſuperſunt & hodie nõ pauci voſſiſſatores, qui qđ pueri male didicerũt, nõ ſolũ ipſi mordic⁹ tenẽt, verumetiã ab alijs exigunt. Inexpiabili cõtumelia ſe putãt affici ſi quis vnum ſingulari numero ſalutet: ac planè rẽ putãt iniuriarũ actione dignã, ac legib⁹ vindicandam. Tu pro tua prudentia quid ſit optimũ diſpicito. Hic mihi continuo tragicũ vociferans in re nihili: Quid tu, inquit, me tuiſſas? tuiſſa famulos tuos, ego ſum & te & tuis oĩbus melior. Quid ais hoĩs mõſtrũ? tu ſic appellari dedignaberis, quomõ olim reges ſuos appellabant paraſiti? quomodo ſummos orbis monarchas olĩ

affabātur libertini, aut è plebe cerdo quilibet, de niq; quomodo tu ipſe deũ Opti. Maxi. compel- las? Quur nõ vt vnũ alloquar, quum vnum vi- deam, etiãſi Polyphemo maior eſſes? An ideo Athonẽ mõtes dicã, nõ mõtẽ, ꝙ ingens ſit? An ideo non eſt mare Oceanus, quòd vaſte pateat? Adeo qui vix ſunt homines, ijs non ſatis eſt ſi vnius hominis loco ducãtur. Cæſari totius orbis monarchæ loquimur: Superi bene vertant quod agis Cæſar. Et hic indignatur niſi dixeris: Bene vertat qđ agunt veſtræ dominationes. perinde quaſi nõ vnũ hominẽ, ſed Hecaten quãpiã tri- formem aut Hermetẽ triſmegiſtũ, aut Gerionẽ tricorporẽ alloquamur. Hoc fortaſſis in muliere grauida ſit tolerabilius, aut etiã, ſi mauis, in ſcro pha. Quur à grãmaticis diſtincti ſunt numeri, ſingularis, dualis, & pluratiu⁹, niſi vt vteremur? Honoris, inquit, gratia abutimur. Apte dictum abutimur. Nã iſtud eſt planè abuti, peride quaſi quis ſoleã vtrãq; eidem inducat pedi. Sed quis iſtuc iuris vobis donauit? An ęquũ putatis vt ho noris veſtri gratia præter veterum conſuetudi- nẽ barbare loquãtur homines? Quòd ſi tyrãni- dem occupatis, vt nouæ etiã linguæ nobis ſitis authores, quur non ſaltẽ cõſtatis vobis? Etenim ſi numerus mutatus honorẽ habet, quur nõ ea- dẽ opera videtur honorificũ plures ſingulari nu mero cõpellare? Quur nõ idẽ fit in tertijs perſo nis? Honorificum eſt ſi quis Marcolpho dicat, Gratulor vobis. qui min⁹ honorificũ eſt, Saluta eos, cũ vnũ iubeas ſalutari, ſed honorabilẽ? Cur hic honos tãtũ in ꝓnominib⁹ ſitus eſt? Honori- ficum eſt, Saluto vos domine epiſcope. qui mi-

nus, Saluto vos domini epiſcopi? Honorificum eſt, Vidi vos ambulātē. quur nō, Vidi vos ambulātes, ſi vni, ſed honorato loquaris? Nimirū aucta pluralitate creſcit honos. Quur in re diuina æditus non hunc in modū reſpōdet ſacrifico: Et cū ſpiritu veſtro? Quur is deo loquens audet dicere, Pręſta quæſum9 omnipotēs deus? Quur nos homūculi non veremur illi dicere: Remitte nobis debita, & ne nos inducas, ſi tātū honoris eſt in abuſu numeri? Certe prim9 honos debet deo. Quur hūc tāto fraudam9 honore? Cur huic præferim9 homūcionē? Quid hic reſpōdebūt iſti? an nobis obijciēt heteroſin? Audio, ſed hac nō vtūtur emēdate loquentes, niſi in prima perſona, vel modeſtiæ vel feſtiuitatis vel euphoniæ gratia: in ſecunda nunquam, niſi quum genus ſignificam9, nō perſonā: quale eſt illud Naſonis: Quę veſtra libido eſt. Taxat enim virorū gen9: veluti ſi quis vni meretrici dicat, Vos eſtis pernicies adoleſcētū. nō vnā notās, ſed totū ordinē. Huic ſimillimū eſt illud in tertia pſona, Quum ad vxores ventū eſt, tum fiūt ſenes. Vndequod olim modeſtię erat, aut inuidioſum nunc repente honorificū eſſe cœpit, O imitatores ſeruū pecus, vt mihi ſępe Riſum, ſępe iocū veſtri mouere tumult9. Iſtos fefellit, opinor, qđ veterū quiſpiā magiſtratu fungens, hunc in modū ſcripſerit: Cōſiderauim9, retulim9, ſtatuim9. nimirū munus publicum cum ſuis collegis communicans, & poteſtatis inuidiam declinare volēs. Hoc (ni fallor) exēplo reges & epiſcopi cœperūt & ipſi ſcribere: Nos Ioānes epiſcop9 Cameracēſis: Nos Carolus rex Gallorū. Nec du-

bium quin & hoc qui primi cœperũt, modeſtiæ cauſa fecerint, videlicet quo tyrãnidis ſpeciẽ fu gerent. Tyrannicũ enim videbatur, poteſtatem cũ nullo prorſus habere cõmunẽ. Verum is ſcribẽdi mos ſimul atq; regi⁹ haberi cœpit, à noſtris honorificẽtię cauſa certatim vſurpatus eſt. Ridicule ſane. nã ſi modeſtię laus eſt, vbi quis ꝓ Ego Ioãnes epiſcopus, ſcribit: nos Ioannes: qui vos Ioannes dicit, ꝓ, tu Ioannes, contumelioſus ſit oportet. Nã ſe deijcere virtutis eſt: alterũ cõtẽnere atq; extenuare, maligni eſt atq; inuidi, ſi id fiat in abſentẽ: ſi in pręſentẽ, ꝓcacis & contu melioſi. Roman⁹ põtifex in ſuis diplomatis admiſcet nũnũquã, hanc Petri ſedẽ, quã indigni te nemus. Quis ferat ſi quis idẽ dicat illi: Confugimus ad iſtã Petri ſedẽ, quã indign⁹ tenes? ꝙ ſi hanc ſermonis ineptiam, idiotarum ſtulta ambitio cõmenta eſt, qui dedignentur orationẽ habere cũ alijs cõmunẽ, cur eruditi hanc ineptã ac muliebrẽ inanitatẽ aſſentando alunt? Scio deberi honorẽ magiſtratibus, parentibus, præceptoribus. Sed hic ridiculus eſt honos, quem pręſtat ſolœciſmus. Verum largiamur interim vt tantum valuerit conſuetudo. Neq; enim me fallit in epiſtolis decimi libri, qui Plinianis per Aldũ ad iect⁹ eſt, legi ſemel atq; iterũ ſermonẽ huiuſmo di: Vt primũ me domine veſtra indulgentia ꝓmouit. Quãquam & hic tergiuerſari licuit, eas epiſtolas non eſſe Plinij: deinde hoc ipſum tam raro fieri illic, vt mendũ videri poſſit. Poſtremo cũ veſtra dicit, voluit ſenat⁹ authoritatẽ cũ Cęſaris volũtate cõiũgere, ꝙ ſciret hoc eſſe gra tũ imperatori modeſtiſſimo. Sed vt omiſſa ter-

giuerſatione, largiamur qđ iſti volũt: ſit ſane ci uilitatis, hoc honore blandiri maioribus: ſit ruſtici & inurbani, hoc honoris nõ reddere: certe nouũ inſolẽtię gen⁹ eſt, nõ eſſe cõtentũ ſi quis cui decedat de via, ſi caput aperiat, ſi genu flectat, niſi ridicule etiã loquaẽ honoris gratia. Scripſerit aliquis Troiano, veſtra indulgẽtia: at idẽ nõ offendiẽ cũ toties repetitur, tua pietas, ꝓ veſtra pietas. Deniq; nõ ſic illi loquitur Plini⁹ quũ cõſul illius laudes prędicat, qũã orationẽ oportuit q̃ maxime honorificã eſſe. Iſti tam inſolitũ honorem etiam conuitijs, atq; adeo flagris exigunt à nobis. Domitius imperator, vir prodigioſę arrogantię, ſe deũ ac dominũ ſcribere ſolitus eſt in ſuis diplomatis, atq; ita ſe compellari in aliorũ inſtrumentis edixit. At is nemini vnquã ſuccenſuit ꝙ ſingulari numero compellaretur. Ferri poterat res, ſi modo ſint vnico ſolœciſmo contenti: vix duplicatus iſtorũ ambitioni ſatiſfacit. Nã oro vos, ſimplex erat ſolœciſmus. quẽ iſtorũ inſolentia iãdudũ vt plebeiũ, nimiſq; popularẽ faſtidit ac renuit. Oro veſtram humanitatẽ, ſeſquimendũ erat, nihil adhuc niſi vulgaris honor. Oro reuerendiſſimas humanitates veſtras, bene congeminatũ vitium, mediocris honor eſt, & ferẽd⁹. Adde tertiũ ſolœciſmũ, & plenã inieris gratiã: Oro reuerẽdiſſimas paternitates veſtras, domine pręſtãtiſſime. Cumulãtiſſimã vis inire gratiã? quadrigã ſolœciſmorũ facito, hunc in modum: Oro reuerẽdiſſimas paternitates veſtras, domine pręſtãtiſſime, domine p̃ſul. Euge euge. Iſte demũ honorificẽtiſſim⁹ eſt ſermo, dignuſq; quo ſolẽniter adeãẽ reuerẽdiſſi-

mi prꝑſules,acpōtētiſſimi monarchę. Magis em̄ ridiculū, qđ quidam honoris gratia perſonam quoq; vertūt,dicētes: Mandauerat mihi reuerētia ſua.ꝑ veſtra,ſiue tua. Hui⁹ ſermonis ineptiā ſi qs nō videt, illiteratiſſim⁹ ſit oportet: ſi quū ſentiat,nō expuit,patiētiſſim⁹: ſi tam abſurdam aſſentationē libentib⁹ etiā aurib⁹ haurit, glorioſiſſim⁹ ſit oportet. Et hæc ſermonis portēta cuiuſquam principis aures ferūt? At huiuſmodi nō ſolū ferūt quidam, verum etiam efflagitāt Chriſtianæ modeſtię columina, ac nō parētib⁹ homines ſeueriſſimi grauiter ſuccēſent: adeo vt qbuſdam hac de cauſa dicam fuiſſe ſcriptam ſciam nō de aſini vmbra, qđ dici ſolet, ſed de iniuria non adhibiti ſolœciſmi. Nuper etiā qdam, graui nimirū exēplo, vltus eſt huiuſmodi cōtumeliam, ad hunc quidem modum. Ab amicis magnis ſtudijs agebatur apud epiſcopū quendam vt qdam ſpectatis morib⁹, egregia doctrina vir, ſacerdotio, quod tum forte demortu⁹ vacuū fecerat, inauthoraret. Negabat vigilantiſſim⁹ paſtor temere ſacerdotia cōmitti oportere inexploratis. Ipſum qui cōmendabat, accerſi iubet, videlicet de doctrina prudētiaq; viri periculum factur⁹. Adeſt ille vir ſane antiqua literatura ꝓbe p̄dit⁹, ſed ſyncer⁹ ac ſimplex, qui nondum nouum hunc eloquentiæ florem attigerat: poſtremo qui p̄ſules oēs putaret didiciſſe literas. Salutat numero ſingulari: Salue reuerende prꝑſul. Vix totam ſalutationem dixerat, auertit ſe p̄ſul, atq; abit indignabund⁹, non aliter, quàm ſi quis in faciem illius conſpuiſſet. Admirantibus, & cauſam rogantibus qui ſalutatorem cōmendarant, negat

ſe illos cōſpectu colloquióq; dignari ſuo, à quib9 ſic in os cōtēneretur. Fruſtra quidā rem purgare nitūtur: planeq; ſurdo canitur fabula. Irat9 ille, ſacerdotiū in aliū quendam diſertiorē transtulit, q quadruplicato ſolœciſmo humaniſſimas reuerētias domini domini ſalutaret: & qui vnū hominē in multis, ruſ9 in vno multos videret.

At quāto ſalſius iſti nobis talionē reponerent, ſi ipſi ſinguli ſingulariter appellati, nos viciſſim binos aut ternos ſingulari voce cōuenirēt. Etenī ſi honorificū eſt vni multitudini appellationē tribuere, veluti πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, quā erit īſignis cōtumelia, plures ſingularib9 verbis alloqui? Tibi Paule nos abbas dicimus, tanquam plures in vnū cōflati, vix efficiāt hominem alicuius pretij. ſic erat par pari referendū. Dices optime lector: Rides tu quidē iam dudum, & nimis vncis naribus indulges. Quid aliud faciā in re tā ridicula? Nā ſi plane contendunt honoris ſignificationem eſſe in catachreſi numeri, cur frequēter vnicam rem, eámq; friuolā, nihiliq; tricas, apinas, quiſquiliaſq; vocam9 multitudinis numero? Quur vnicū inſtrumētum quo verrimus pauimentū, multitudinis numero ſcopas vocam9? Non inuidend9 honos iſtorum, quem cum quiſquilijs & ſcopis habent cōmunem. Hoc etiā intereſt, qđ niſi, multitudinis vocabulo, nemo ſcopas recte ſalutauerit, niſi dixerit, Saluete ſcopæ. quū iſtis īterim ſtudioſa barbarie gratificemur, omnibus quidē grāmaticis, ac grammaticorum filijs iratis. Quid? quod interdū non ſine periculo pluratiue conuitiamur etiam, nimirū aſſueti. Quid enim ſi ſtrabus quiſpiā, dubijq; cōtuitus,

vni ê multis conuitiũ dicat multitudinis nume‐ro,nõne quũ oculis quem petit,non diſtinguat, periculũ erit ne tanquam cõmune maledictum in ſe quiſq; rapiat,& pro vno oẽs in miſerũ ſtrabum cõuitia regerant? Id vero periculoſius etiã fuerit cæco. Proinde genus hoc ſermonis,quibus eſt hoc vitij,magnopere fugiendũ cẽſeo,ne forte oculorũ morbo plures ꝑ ſingulis cernere putentur. Sic enim nuper quiſpiã iſtiuſmodi ſalutatorem aperte deriſit,& aſpere potius,quã vrbane:niſi forte videbit recte malo nodo mal⁹ quęſitus cuneus. Is enim ſolus cum eſſet in cõclaui, & à ſtrabo quodam multa cũ pluralitate adiretur,iterum atq; iterũ circunſpectans reſpondit cæteros abijſſe,ſe ſolũ eſſe:ſi quid vellet, opportuniore tempore rediret,dũ illi adeſſent. Ille vero negat ſe quenquam præter ipſum vnũ quęrere. Tum alter hominẽ percõtatur quot illic lectos videret. Quũ vnum duntaxat reſpondiſſet, Ea quę tandẽ,inquit,intemperię te agitant,aut ê qua popina nobis probe pot⁹ ades, vt ego tibi nõ vnus videar,ſed multi? Et ſunt etiam qui rem tam abſurdam tueri conẽtur rationibus philoſophicis,vt aiunt. Siquidem Ariſtoteles ſcripſit,regem,vt cæteris rebus præcellit populum,ita ſermone quoq; differe debere. Itidem par eſſe,vt quos cõditio,dignitas,opes,cult⁹,& inſignia diſcernãt,diſcernat & ſermo. Nec prorſus alia nota recti⁹ dignoſci à priuato magiſtratũ, quã abuſu numeri,propterea ꝙ ille vn⁹ ſit ê multis,hic nõ ſimplicẽ ſuſtineat perſonã papę. Accipio cõmẽtũ:quanquam apud Græcos iſtud fiet commodius,quibus tres ſunt numerorũ differẽtiæ. Ergo

cui geminus ſit epiſcopatꝰ,aut cuius epiſcopatũ abbatia quæpiam opima cõduplicarit,huic dicemꝰ,χαίρετον.Quod ſi tres ſint epiſcopatꝰ,aut duobus addita abbatia ternarium illum ſacrũ ac myſticũ expleat,huic dicemꝰ,χαίρετε. Hac qui dẽ lege,ſi τετράδα aut ἑβδομάδα numero ſacerdotiorũ ſint prętergreſſi,ęqui dẽt veniã,ſi noſtram diſtinctionem ſua ambitione cõfuderunt. Nec video qui minꝰ liceat ad hunc loqui modũ, Nos epiſcopi,nos abbates.cui vni plures ſint epiſcopæ,aut abbatiates.Sed dubitari iamdudũ poteſt,iſti ne ſtultiores, qui à re tam abſurda tamẽ abduci nõ queãt:an ego,qui in nugaciſſimis nugis tantũ operæ ſumpſerim:niſi quod vt hoc facerẽ,plurimæ res me cohortabãtur,ſed duæ potiſſimum:tum vt iſtos apertius irriſos aliquãdo ſuæ ſtultitiæ pudeſceret,tũ vti eos qui plane depuduiſſẽt,iuuenes partim veterũ exemplis animati,partim noſtris verbis moniti,nõ dubitarẽt cũ ſua ambitione cõtemnere . Deſinet offendere,poſtea quàm deſierit eſſe inſolẽs:& aliquãdo placebit omnibus,quod nunc placet eruditis.

DE SALVTATIONE.

NVNC ad pręceptiones huic argumento peculiares reuertemur: ſed ſi paucis admonuerimus quæ ſint in ſalutatione fugiẽda,vnde ſolemꝰ epiſtolã auſpicari:ne peſſimi gubernatores videamur,ſi ſtatim ĩ portu(quod aiũt) impegerimꝰ.Eſt enim hęc ceu prima frõs epiſtolæ,in qua delinquẽtẽ non ſolũ imperitiæ dedecus,verũetiam religionis neglectæ piaculũ maneat.Nam à veteribꝰ ſuperſtitioſe obſeruatũ videmꝰ,vt è primis illis forte congredientium

verbis,futuri ſermonis velut omē quoddā arriperēt·Eóq; qui ſibi forte fortuna venirēt obuiā, quive quapiā de re inter ſeſe tractaturi congrederētur,quò fauſtus eſſet occurſus,ac bene ominat⁹ ſermo feliciter vtriq; verteret, mutuā ſalutem dicebāt. Et ſacerdos quoties prodibat ad populū,ſalutabat ac reſalutabatur. Ea conſuetudo è medijs hominū morib⁹ in epiſtolam, quæ, vt dixi,colloquium eſt inter abſentes,tranſlata eſt. Eámq; ſemper veteres à dicenda ſalute ſunt auſpicati.Idq; tā à Græcis,quā à Latinis in tertia perſona factitatū videm⁹:ſiue quód vſus ſermonis rex,perſonā mutauit:ſiue quòd ſtudio feſtiuitas quędā,quā adfert perſonæ hypallage, videtur affectata:ſiue quòd olim ſalutatio nō adderetur epiſtolę,ſed in tergo tituli vice adderetur, velut ab eo recitand⁹, qui literas perferret. M. Tulli⁹ Cicero Trebatio imperatori S.D. Gręci ferme ad hūc modū, πλατων τω οἰωνι ἐυπραττειν. Quæ verba nō hoc ſonant Græcis, quod quidā exiſtimāt, quaſi iubeam⁹ illos quos ita ſalutam⁹,bene viuere,ſed quòd felicitatē illis precemur.Nā quib⁹ res ſunt ſecundæ,ij Græcis ἐυπράττιεν dicuntur.Quidā pro ἔυπραττειν dicūt χαίρειν quod apud nos nos ſonat gaudere. Vtrumq; vno verſu expreſſit Flaccus:celſo gaudere,&bene rē gerere Albinouano,Latini ī hūc fermè modū ſalutāt,M.Tullius Cicero,M.Varroni S.D.Plinius ſuo more addit,ſuo: opinor quod nō ſcribat niſi amicis. C.Plini⁹ Sabino ſuo S.D.Hebræi vulgato gentis ſuæ more pacē optant ſalutantes,ſiue quod ſentiāt bellū ac diſcordiam eſſe malorū omniū cōpendium:ſiue quod

pacē appellāt ſummā rerū proſperitatē, vbi nihil eſt quod offendit animū. Author eſt Plinius auunculus religioſum antiquitus fuiſſe, noībus ſalutare: ne preces, opinor, ambiguę ad alienū auertātur: queādmodū in deuotionibus nomē addebatur, velut irita futura execratiōe, niſi vrbis aut gētis verum nomē apponeretur. Ergo ne dirū omen habeat epiſtola, vtriuſq; nomen in ipſo ſtatim ingreſſu præfandū eſt: priore quidē loco, illius vnde venit epiſtola: poſteriore, eius ad quē mittitur, etiā ſi longe ſit honoratior cui ſcribit, q̄ qui ſcribit. Puerilis mihi videtur illa nominū honoris gratia trāſpoſitio, niſi nobis placebit illa Gnathonis ſalutatio: Parmenonē ſuū ſummum plurima ſalute impartit Gnato. Aut niſi ſi quis ad hūc modum loquatur, Idem equus portabat Cæſarem & Auguſtā: exiſtimem⁹ hominē læſę maieſtatis reū peragendū, q̄ plus honoris habitū ſit equo, q̄ Cęſari, & eius vxori. Sed extra iocum mihi probatur veterū ſimplicitas: quā vtinā per noſtræ tēpeſtatis corruptiſſimos mores vbiq; liceret emulari, vt nos inuicē nudis nominū titulis ſalutaremus, C. Plinius Caluo ſuo. S. D. Quid enim erat verius aut puri⁹? Siquidē vbi quis nomē ſuum audit, oēs pariter virtutes ſuas audit cōpendio. Habet præterea neſcio quid peculiariter blandū ꝓprij nominis appellatio: quo audito delectari vidētur & animātia bruta. Quo magis iſtos admiror, q vocabulū ſuū quod inditū eſt in baptiſmo, nō alijs aurib⁹ accipiūt, quā ſi atrox ingereretur cōuitiū. Stultius, quod aulici quidā nō ferūt, vt liberi patrē patris, aut matrē matris appellēt vocabulo, domin⁹ ac domīa

malunt audire:quū illis vocabulis neq; ſit quicq̃
honorificentiꝰ,neq; chariꝰ affectibꝰ: adeo nihil
illis placet cū plebe cōmune.Porrò nominū vo-
cabulo,pręnoia,adnomina,cognominaq; cōple
ctimur.Pronomina ferè à maioribꝰ mutuamur.
Marcus Tulliꝰ.Cognomina pleraq; gētilia ſūt.
Bruno Amorbachiꝰ. Agnomina ſolēt ex euen-
tu quopiā accreſcere.Scipio Aphricanus, Cato
Vticēſis barbarꝰ hodie cognomina aut gētilitia
ſūt,quēadmodū apđ Italos,Medicū, Baptiſtarū,
Balborū.Aut à loco ducūt. Angelꝰ Politianus.
Nā præter veterū cōſuetudinem faciūt qui pa-
ternū nomen cognominis vice ſubijciunt: vt ſi
quis Antoniū Dionyſij filiū, Antoniū Diony-
ſium appellet.Cæterū qui parentis vocabulum
gignēdi caſu ſubnectūt, magis referūt Hebręo-
rū conſuetudinē,quàm Romanorū:Iacobꝰ Al-
phęi,Ioannes Zebedęi, Petrus Simonis.Iā bar-
bara,nōnūq̃ & ſono abſurda vocabula,vel homi
nū,vel locorū,vel familiariū,aut Latinis Gręciſ-
ve vocibꝰ reddēda ſunt,aut in latinā faciem cō-
mode deflectenda,vt ab idiotis etiā vulgatū no-
men agnoſcatur: vt quū ꝓ Barbir, quod vulgo
tōſorē ſonat,Barbiriū dicimꝰ: ꝓ Buſleid, Buſli
diū,aut pro Lang, Langiū.Quod idem in Græ-
cis & Hebræis ſibi permittunt eruditi: veluti cū
pro elephas,dicunt elephantus, ꝓ Adam Ada-
mus,pro Abraham Abrahamus.Quibuſdā reli-
gio eſt cognomen gentis immutare.Sed ſunt q̃-
dā adeo barbara,vt ſtridores ſint veriꝰ q̃ voces:
pręſertim nōnūq̃ apud Germanos monoſſylla-
ba quiq; cōferta cōſonātibus, quę ne ſonari qui-
dē poſſint ab eius linguę rudibus:quæ ſi mollir

non poterũt,in Græcas aut Latinas voces vertẽtur. Cognomẽtis quæ ducũtur à loco vel originis,vel dominij,quidã dure addũt præpoſitionem. Picus de Mirãdula. Latinius eſt, Picus Mirandulanus. tolerabilius putãt, Pic⁹ à mirãdula. Ac fortaſſe licebit vnũ aut alterum exemplum apud authores inuenire vbi addat de. ſed pueri quod optimũ eſt,primũ aſſueſcant imitari. Non abhorret à veterũ conſuetudine,nõnunq̃ ijs quę diximus, magiſtrat⁹, ꝓfeſſiõis, cognationis, aut etiã affinitatis cognomẽ annectere: idq́ contra recentium morem,qui honoris gratia pręponũt dignitatũ vocabula: Beatiſſimo Papę Alexãdro ſexto. Veteres cõtrà: Trebati⁹. M. Tull. Cic. imperatori. Hieronym⁹ Damaſo papę. Budę⁹ Copo medico regio. Eraſm⁹ Ioanni Coleto theologo. M. Cato Bruto cõſuli. M. Tullius, Quinto fratri. M. Brut⁹ Portiæ vxori. Optarim, ſi fieri poſſit, nihil adulatiõis admiſceri titulis. Erras autẽ ſi te laudari putas quum epiſcopus ſcriberis, aut theologus. profeſſionis iſta ſunt nomina, nõ gloriæ. Is demum te laudaret, qui bonũ epiſcopum, aut eruditũ theologũ ſcriberet. Tolerabile fuerit, ſi vxorẽ chariſſimã, aut liberos dulciſſimos appellemus, aut patrẽ optimum. Porrò quoties docti pluſculũ admiſcent honorificentiæ titulis, nõ ſuo ſeruiũt ingenio, ſed alienis obſequundãt. Iſtos nemo modeſt⁹ feret opinor, qui ꝓdigioſis aſſentationib⁹ ſalutationẽ infarciũt: ac tum exiſtimant ſalutationẽ eſſe mire rhetoricã, vbi nõnũq̃ ipſo etiã hominis nomine prętermiſſo, hũc ſolem dixerint, aliũ lunam: hunc luciferum, aliũ Cynoſuram, aut lucernam ardentẽ, ſpeculũ ſine

macula,thuribulū odoriferum,pyxidē vnguentariam,candelabrū aureum, virtutū ſacrarium, diſciplinarum theſaurū,omnis ſcibilis gazophylaciū,phœnicem,aquilā,vitem,ortum,flumen, fōtem,pelagus,apicem,culmen,florē, gemmā, iubar,fulmen,paradiſum: deniq; rerū omnium laudabilium copiæ cornu. Et quid nō? Ita nouus hic ſalutator iuxta Comicū,venuſtum dat adueniens principiū. Atq; etiā ne parum ſint Gnathones: quemadmodū alios immodice efferunt, ita ſeſe pari venuſtate deijciunt atq; extenuant, ſeruulos à pedibus,viliſſima mācipia ei⁹ cui ſcribūt,appellantes. Huius ſalutationis exemplum hoc erit,ſi qs forte requiret animi cauſa: Perſpicaciſſimo domino,ſeptem artiū liberalium candelabro aureo. Radianti theologorū apicí. Religionis lucernæ ſemper fulgēti. Dominicalis ordinis lucifero. Vtriuſq; teſtamenti gazophylacio. Hæreſiarcharum malleo. Omnium virtutū heroicarum & non heroicarū ſpeculo lympidiſſimo. Digniſſimo domino meo,domino præceptori humillim⁹ dñationis ſuæ diſcipulus,& viliſſim⁹ ſeruitor,oſcula pedum pro ſalute. Rides exemplū? Sanè merito rides,ſed huiuſmodi non ſolum vtūtur iſti,verum etiam libris editis præcipiunt adoleſcentulis. Hæc noua ſalutandi venus priſcis incognita,tum demum nata eſt,vbi profligatis liguis,exactis bonis autorib⁹, quos illi poëticos vocant,in ludis literarijs pro grammatica tradebatur Michael Modiſta, ꝓ rhetorica ſimiles nugæ. Quis vnquā Gnatho, aut Colax,aut Gelaſin⁹ vſq; adeo fuit impudēs,aut intantū eſurijt,vt iſtiuſmodi verba regi ſuo auſus

ſit in os dicere? Qui plagas pati poſſunt,qui iu-
repſundi,q oſſe peti,qui cõmingi ſuſtinent:ta-
men nõ ſuſtinẽt ſic ſalutare quemadmodũ nos
Chriſtiani grauib⁹ etiã viris adulamur. Quãdo
Plautus ille paraſitorũ licentioſus & immodic⁹
effictor auſus eſt talẽ ĩducere in fabula? Si Chri-
ſtianã ſimplicitatem tueri nõ libet,ſim⁹ vel eth
nicorũ exemplo paulo minus impudentes. Pau
lus ſcripſit (inquit) Honore inuicẽ præuenien-
tes. At apoſtol⁹ illic nõ de ſalutatiõe,ſed de ſub-
ſidio loquitur:ſic enim ille ſolet honorẽ appella-
re. Quôd ſi vitari nõ poteſt quin blandi⁹ agatur
cũ eo cui ſcribitur,eſt verecundius quoddã aſſen
tandi genus. Sunt figuratæ laudes. his epiſtolam
quanta erit, expleas licebit. Verum in ipſa ſta-
tim ſalutatione tam impudẽtem Gnathoniſmũ
obſecro quis ferat, niſi aut Mida ſtolidior, aut
Thraſone glorioſior? Aeq̃ vitio dandũ eſt quod
quidam in principum literis factitãt,eius cui ſcri
bitur,aut qui ſcribit,trecentorũ cognominũ lon
gam ſeriem in decimum vſq; verſum produce-
re. Iuſtinian⁹ imperator Cæſar,Flaui⁹,Alema-
nic⁹,Gotthicus,Francus,Germanicus,Atticus,
Slauicus,✱ Vvãdalic⁹,Africanus,pius,felix,in-
clyt⁹,victor ac triũphator ſemp auguſt⁹. An nõ
feſſus lector epiſtolã parabit abijcere prius q̃ ad
epiſtolã peruenerit,niſi coronidem quam recen
ſendis titulis finire non poterant,per &c. præ-
cidiſſent? Ridendum & illud ſalutandi genus,
inepte fucatum,quod Carolo Louanienſi quoq;
cum primis arriſiſſe videtur, quo ſalutis loco
nunc hoc, nunc illud apprecamur: veluti,Mi-
dæ diuitias loco ſalutis,aut humillimam recom-

✱ Alanicus.

mendationē vice ſalutis. Promptā cū debita ve-
neratione ſeruitutē, loco ſalutis. Hęc equidē de-
liramenta inuitus refero, ſed aliter dedoceri non
poterāt. Et in primis hęc ſunt dediſcēda: tum ꝙ
ſalutationē verbis ſuperuacaneis onerant, puri-
tatemq́ꝫ ac ſimplicitatem corrūpūt: tum ꝙ ſtul-
tiſſimum videtur aliquid ſalutis vice ſubijcere,
quū ipſa ſalute nihil ſit meliꝰ. Eiuſdem ineptiæ
ſunt illa: Quot habet cęlū ſtellas, quot habet ma
re guttas, tot tibi mitto ſalutes. Quod ſiquando
pietate cōmēdati viri, ſecus atq́ꝫ nos docemꝰ, ſa-
lutarūt: præpoſtere fecerimꝰ, ſi à quibꝰ viuendi
petenda fuerant exēpla, nō loquendi: in his qđ
optimū habuerūt, negligemus: quæ peſſima, ea
ſola nobis proponemus. Neq́ꝫ ſiquādo D. Hie-
ronymꝰ, D. Auguſtinus, D. Græcgorius ſuorū
temporū cōſuetudini cōceſſerūt, id nūc oporte-
bit in ludū literariū vocare, præſertim hac tēpe-
ſtate, qua nihil eſt omnino literis cū vulgo com-
mune. Poſtremo qd abſurdiꝰ, q̄ ex magni no-
minis authoribꝰ nihil imitari niſi qđ erat cōtē-
platione cæterarū virtutū ferendū? Poſt expreſ-
ſas reliquas Hieronymi virtutes, ſalutationis
nouitatem cōdemnabimus. Quod ſi nō potes,
noli huius prætextu tueri quod tempori ſuo de-
dit ille, nō iudicio. Sed offendemus (inquiēt) ſi
tuis p̄ceptis parebimꝰ. Quis enim nō hāc ſalutē
Petrꝰ Tartaretꝰ Henrico Bedę theologo S. D.
cōtumeliā interpretetur potiꝰ q̄ ſalutē? Verum
ego non in hoc hāc operā ſuſcepi, quò docerem
ſermonē ſtultorū auribus atq́ꝫ animis accommo
dare, ſed vti recte ſcribendi rationē traderē. Ne-
que tamen vſque adeo deſperandum exiſtimo

noſtrũ hoc ſeculum, vt errorem quem corrupti mores hominũ, & inſcitia potuit iuehere, eũ bonorũ & eruditorũ virorũ authoritas & vſus nõ poſſit reuellere. Videm⁹ quantũ ꝓfectũ ſit paucis annis. Vbi nũc in ſcholis audit Michael Modiſta? vbi gloſſa Iacobi? vbi citatur Catholicon, Brachylogus, aut Mãmætrect⁹? quos olim, ceu rarum theſaurum, aureis literis deſcriptos habebant monachorũ bibliothecæ? Certe ſemp erit ad optima conandum. Si ſtatim ſanctum erit & ἀκίνητον, quicquid hic aut ille deprauarit in ſtudijs, neq; ꝙ deprauatũ fuerit, reſtituere licebit: quò tãdem recident literę? Deniq; ſi iſtis craſſis licet veterũ eruditorũ exemplũ cõtemnere, nobis viciſſim nõ licebit iſtorũ indocilem inſcitiam ꝓ nihilo ducere? Quòd ſi quid à veterũ cõſuetudine libebit innouare, ſi videbit aliquid dandũ ei⁹ animo cui ſcribit, aut publicę cõſuetudini, tolerabit quidem: modo abſit enorme vitium, hoc eſt, ne ſalutatio ſit vel loquacitate moleſta, vel aſſentatione paraſitica, vel affectatione moroſa: ne, quod diximus, peſſimum ſit omnẽ toti epiſtolæ, ſi ſtatim à vitio fecerit auſpicium.

SIMPLICIS SALVTATIONIS ALIQVOT FORMVLAE.

S ALVTATIONVM q̃ pręter indiciũ nihil habent, formulæ ſunt huiuſmodi. Pi⁹ põtifex Roman⁹, ei⁹ nois primus, Lodouico Gallorũ regi, ei⁹ nominis vndecimo, S. D. Tiberi⁹ Cęſar ſenatui Romano, S. D. Senat⁹, P. Q. R. Machabæo duci, & ſocijs Iudęis S. D. Hora. Trib. Mil. Bruto ĩperatori, S. D. Hẽric⁹ Anglię rex Maximi. Cęſari. S. D. Demetri⁹

ſit obiter tradenda. Argumentũ hoc proprium volumen poſtulat: tantum indicabo quibus rationibus cognitũ magiſtratũ poſſis circuitione notare. Qui præeſt deſcribẽdis epiſtolis, & vulgo ſecretarius dicitur, vocabitur ab epiſtolis: qui ſchedas citatorias ſcribũt, & notarij vocantur, dicẽtur à libellis: q theſauro p̃fect⁹ eſt, à theſauris: q cubiculis, à cubiculis: quẽ cubiculariũ, ſiue camerariũ vocãt: pocillator, à poculis: ſcriniorũ p̃fect⁹, à ſcrinijs. q notãt ac recitãt acta in iudicijs, ab actis dñr, ſiue actuarij. atq; ita de cęteris.

NOVAE SALVTANDI FORMVLAE.

PLINIANO demũ ſęculo natũ videt, vt quos familiari⁹ amarẽt, eos in ſalute ſuos dicerẽt, blãdiore ſcilicet ꝑnomine cõiũctiſſimã neceſſitudinẽ ſignificãtes. Plini⁹ Calphurnię ſuę. S. D. Ebuti⁹ Hiſpalę ſuę. S. D. Quod ſi nobis ꝑmittim⁹ à cõſuetudine veterũ recedere, tot poterũt eſſe in epiſtolis ſalutãdi formulæ, quot in cõgreſſu. Salue pater optime. Salue mater optima. Saluete liberi dulciſſimi. Salue mea Terẽtia chariſſima. Salue multũ. Salue plurimũ. Salue etiã atq; etiã. Salue q̃tum mereris. Salue ꝑ tuis meritis. Antonius Licentio ſuo multã optat ſalutẽ: plurimã ſalutẽ: pennẽ ſalutẽ. Nã plurimas ſalutes, aut innumeras ſalutes non auſim dicere, niſi ſentiam ã diuerſis allatas. Politianus Marſilio ſuo multam ex animo p̃catur ſalutẽ. Eraſmus Fauſto ſuo multã optat fauſtitatem. Andreas Aegidio ſodali iucundiſſimo multã optat felicitatẽ. Antoni⁹ Laurẽti⁹ Marco fratri chariſſimo ꝑpetuã optat incolumitatẽ. Terq; quaterq; ſalue meũ præſidium. Saluere te iubet

tuus Ludouicus. Saluere te iubet, qui ipſe nõ ſaluet. Salutem tibi dico, quã ipſe deſidero. Salutẽ tibi mittit, qui ipſe perijt. Salutẽ tibi mittit, quã ipſa, niſi tu dederis, nõ eſt habitura. Saluus ſis optime ſocer. Aue præceptor optime. Has itaq; atq; huiuſmodi formas, quanquã nõnihil diuerſas à veterũ cõſuetudine, tamen nõ video quur oporteat in totũ dãnare, modo i loco adhibeãt. Illud gen⁹ nõ perinde probo: Salua ſit tua pſtãtia, tua reuerentia, tua nobilitas, tua dominatio.

QVOMODO PER ALIVM SALVTANDVM, AVT RESALVTANDVM.

CREBRVM & hoc in epiſtolis, vt per alios ſalutem⁹ alios. Id apud eruditos ferè fit his modis: Attico noſtro multã ex me ſalutẽ dicito. Vxorẽ tuã ac liberos mellitiſſimos omnes meis ṽbis ſaluere iubebis. Generum mea cauſa ſalutabis officioſe. Amicis oĩb⁹ cõmunẽ ex me ſalutem dicito. Parentem optimũ meo noĩe ſalutabis diligenter. Fac vt amicis communib⁹ mei vice ſalutẽ annũcies. Totã familiã tuã p te meis verbis ſalutatã volo. Nõ erat otiũ omnibus ſcribendi, ſed omnibus pro me multã dices ſalutem. Tu mihi apud amicos omnes vicari⁹ eſto ſalutator. Omnib⁹ ex me annũciabis, me illis omnia lęta precari. Gener tu⁹ iuſſit vti ſuis verbis tibi multã ſalutem aſſcriberẽ. Socrui tuæ optabis ꝓſperã valetudinem meo nomine. In ſalutandis amicis, quoniã in pręſentia mihi non vacauit ſcribere, fac Eraſmi tui vices gnauiter obeas. Quã blãdiſſime ſalutabis Antoniũ, ſed meo titulo. Salutaſſem abbatẽ meis literis, ſed tu mihi apud illũ epiſtolæ vice fueris. Grauabo te nõ

magna ſarcina, vt meo nomine ſalutem perfe-ras ad ſocrum meam. Quæſo vt ſodalitatem to-tam mihi ſalutes accurate.

REDDITA SALVTATIO PER ALIOS.

A TTICA, quā illi tuis verbis dixi ſa-lutē libēter accepit, teq; viciſſim per meas literas ſaluere iuſſit. Tuā ſalutē Attica libēs accepit, ac ſuā remittit. Ambroſius ſalutē quā illi tuis verbis renūciaui, totidē verbis renumerat. Amici ꝑ me tuo noīe diligēter ſalu-tati, dederūt hoc negotij, vt te viciſſim ſuo no-mine iuberē ſaluere. Genero tuis verbis ſalutē ſcripſi, nā aberat: is ſuo nomine tibi multā ſalu-tē iuſſit reſcribi. Socer tuis verbis ꝑ me ſalutat⁹, te viciſſim meis reſalutat. Qui me ꝑ te ſalutant, hos omnes mutua ſalute meis verbis imparties.

DE EPITHETIS ET NOMINIBVS ADOPTIVIS.

N ONNVNQVAM vrbanitatis & co-mitatis eſt, addere honoris, aut adopti ua cognomina: quorū poſteri⁹ exēplū eſt, vt ſi ſenē bene de nobis merētē, appellemus patrē: iuuenē nobis charū, filiū: nouercā, matrē: ſororis maritū, fratrem: quib⁹ adijcient & epi-theta, q̄ Fabi⁹ vertit, appoſita. Hęc veteres pci⁹ admiſcebāt titulis: etiā ſi recentiū cōſuetudo di uerſum obtinuit. ſed horum maior erit vſus in media epiſtola. In his illud in primis erit obſer-uandū, vt ſi tribuenda ſunt, tribuantur appoſita perſonis, & rei de qua agitur. Eccleſiaſticis di-gnitatib⁹ hęc ferè cōgruūt: Beatiſſime papa. Pō tifex maxime. Sūme pontifex. Ampliſſime pa-

ter. Sanctiſſime pręſul. Vigilãtiſſime paſtor. Sacratiſſime pater, venerande, ſuſpiciende, obſeruande, integerrime, religioſiſſime pater.

PRINCIPVM EPITHETA FERE SVNT HVIVSMODI.

CAESAR Auguſte. Rex inuictiſſime. Fortiſſime imperator. Dux illuſtriſſime. Clementiſſime princeps. Vir generoſiſſime, p̄potẽs, ornatiſſime, clariſſime, ſplẽdidiſſime, optime maxime: qđ à Ioue ſumptũ, quidam in Chriſtum tranſferũt, in quem veri⁹ competit, q̃ in Iouem. Nonnulli etiam ad ſummos monarchas traducunt. Diuos ac deos appellare reges, ethnici cuiuſdã gnathoniſmi eſt. Dominos appellare, barbaricum, etiamſi cœpit hoc nomen ferre Romana lingua, poſtq̃ ingenia iugum tyrannicum ferre poterant: mox eccleſiæ proceres, quò differrent à prophanis, pro dominis, domni voluerunt appellari.

MAGISTRATVVM CIVILIVM EPITHETA FVERINT HAEC.

CONSVL vigilãtiſſime. Senator ſplendidiſſime. Cenſor grauiſſime. Aedilis magnificentiſſime. Iudex ĩcorruptiſſime. Prętor integerrime. Ex iis vero qui literas ꝓfitentur, Theologos, graues, ſynceros, abſolutos, ſacros, ac diuinos appellabim⁹: Rhetores, diſertiſſimos, ſuauiloquẽtes, facũdiſſimos: Poëtas, ſacros, diuinos, claros, nobiles, ĩclytos: iuriſperitos, iuris vtriuſq; cõſultiſſimos, prudẽtiſſimos legũ, iuris vtriuſq; iuxtà doctos: Dialecticos, acutos, argutos, ĩuictos: medicos, pitiſſimos, fidos, eximios: mixte doctos, vndecunq; doctiſſimos.

COGNATORVM ET AFFINIVM HAEC FERE SVNT EPITHETA.

PATER optime. Mater indulgentiſſima. Frater chariſſime. Patrue obſeruāde. Soror chariſſima. Vxor ſuauiſſima. Nepos mellitiſſime. Iucūdiſſime gener, affinis, ſodalis, cōmilito. Ex reliquorū genere, qui nulla certa nota ſunt, inſignes, diuites, & authoritate pręſtātes viros appellabim⁹ optimates viros, ſūmates, primarios, nobiles, graues, grauiſſimos. Ornatos virtute, aut eruditiōe p̄cellētes, obſeruādos, honorandos, colēdos, abſolutos, eximios, egregios, prudētes, ſuſpiciēdos, ſpectatos, p̄ſpicaces, circūſpectos. Matronas, nobiles, primarias, optimas, ītegerrimas, ꝓbas, pudicas. Puellas, lepidas, bellas, amabiles, optīe moratas, pudicas, iucūdas, mellitas. Adoleſcētes, īgenioſos, ꝓbos, modeſtos, optīe ſpei, eximię īdolis, generoſę indolis. Milites, fortiſſimos, exercitatiſſimos. Opifices, īduſtrios, ſolertes, peritos, exquiſitos, accuratos. Reliqua ſibi quiſq; ex ijs q̄ recēſuim⁹ ieniet. Atq; hic q̄dē cautio ſit oportet, nō ſolū ne quę alijs cōgruunt, in alios trāſferam⁹: veluti ſi quis puellā venerādā, ſenē iucūdiſſimū, regē pudiciſſimū, matronā inuictiſſimā nominet: verū etiā ne quādo manifeſtò falſa tribuam⁹, vt theologū male doctū, grauiſſimū potius appelles, quàm eruditiſſimū: Præſulē ſtupidū ac ſupinū, quiduis poti⁹, quā vigilantem: Regē inſigniter auarū, clementē magis dicas, quā munificū. Etenim ſibi quiſq; conſcius hæc in cōtumeliā rapit, non aliter quā ſi deformem ſenem, formoſum puellū appelles: aut pumilionem, egregium heroa.

VBI, ET QVOMODO POTISSIMVM VTENDVM EPITHETIS.

HAEC, vt dixi, in ſalutationibus optarim parcius adhiberi. Cæterũ in media epiſtola quũ res agitur, erit his aliquãdo locus. Quanquam nec hic paſſim quæuis, & ſine delectu erũt adhibẽda. Nã vt boni ducis eſt vnũquẽq; militẽ, ita boni oratoris eſt, vnamquanq; vocem eo ſtatuere loco, vbi quã maxime poſſit vſui eſſe. Veluti, principẽ cui gratias ages ꝓ accepto munere, aut à quo velis aliquid ĩpetrare largitatis, tẽpeſtiuius munificentiſſimum, aut benignissimum nominaris, quã fortiſſimum, aut inuictiſſimũ. Adhibebimus autem in loco, ſi dicemus: Ignoſces primo errori, dux mitiſſime. Patere te exorari clemẽtiſſime Cęſar. Turcarũ vim à Chriſtianorũ humeris depelle rex inuicte. Succurre periclitãti eccleſiæ, religioſiſſime princeps. Reſtitue per calũniã oppreſſos, æquiſſime prætor. Nõ eſt meũ tibi conciliũ impartiri, vir oculatiſſime. Tuo cõſilio nobis ſubueni, vir prudentiſſime. Siquidẽ in his orationibꝰ non ſunt otioſa epitheta, ſed argumẽti vim obtinẽt. Vt enim probes nõ eſſe tuum illi dare conſilium, aſſumis argumentũ, quòd ipſe quũ ſit oculatiſſimus, domi conſilium habeat, nec egeat mutuo.

DE TRANSFIGVRANDIS EPITHETIS.

TRANSFIGVRANTVR hęc appoſitiua nõia nõnũquã haud ĩelegãter ĩ ſubſtãtiua, itaq; ꝓnominũ vicẽ gerũt. Obſecro te pater piiſſime. Obſecro tuã pietatẽ pater. Gratulor tibi vir fortiſſime. Gratulor tuę virtuti

Cōdona mihi hūc errorem vir manſuetiſſime. Cōdonet mihi hūc errorem tua mā́ſuetudo. Noſtrę ſtultitiæ pſidio ſis, quæſo, vir ſapientiſſime. Noſtræ ſtultitiæ tua ſapiētia ſit præſidio. Cōpeſce iproborū audaciam vir integerrime. Improborū audaciam tua cōpeſcat integritas. Publica calamitas implorat te princeps clementiſſime. Publica calamitas implorat tuam clemētiā optime priceps. Succurre religiōi Chriſtianæ pijſſime Cæſar. Tua pietas Opti. Max. Cæſar, ſuccurrat religioni Chriſtianæ labanti. Nō eſt hoīs imperiti, viro prudentiſſimo cōſiliū dare. Non eſt meæ iperitiæ, tuæ prudentię cōſilium dare. Te, inquā, appello vir impudentiſſime. Tuā, inquā, appello impudentiā. Nonnūquam vehementiæ cauſa rem duplicam9, ſed imutata voce. Succurrat mihi tua benignitas liberaliſſime Mecœnas. Te oēs execrantur homo ignauiſſime. Tuā ignauiam execrant omnes, homo formidoloſiſſime. Demiror te homo vecordiſſime. Vecordiā tuā admiror ô demēs. His igit ſi modice & in loco vtemur, & grauiorē amplificando reddem9 orationē, & argumēto iuuabim9 ſententiam, & ſermonem grata varietate nouabim9. Nam vulgo ſcriptorum in huiuſmodi neq; modus eſt vllus, neq; tēpeſtiuitatis ratio. *Sic* eni paſſim: Dominatiōis tuę literas accepim9. &, Reuerēdiſſima tua pſtātia mihi literis ſignificauit. &, Nobilitas tua meo noīe ſalutabit vxorem ſuam. &, Charitati tuę breuiter reſpōdeo. &, Noſtra paruitas dignisſimæ paternitati tuę gratias agit. Stultū eſt ita vitare perſonam, quaſi fas nō ſit ea vti. Et tamē fateor alicubi gratiā habere vocabulū quali-

tatis perſonæ loco ſubmiſſũ. Stultitiæ meæ tua prudentia ſit pręſidio. Noſtram tenuitatem tua foueat liberalitas. Noſtram inopiam tua copia ſuſtineat.

DE ADOPTIVIS NOMINIBVS.

VT AVTEM redeam⁹ ad id quod ſuperius attigimus, iiſdẽ locis gratiã habẽt adoptionis vocabula, quoties potentes quorũ authoritate ſubleuamur, quorũ beneficẽtia adiuuamur, patronos, parẽtes, ac præceptores noĩam⁹: Fœminas, patronas, ac matres: Aeq̃les amicitia iũctos, fratres, ac ſorores: Eiuſdẽ ſtudij ſodales, aut eiuſdẽ inſtituti profeſſores, cõmilitones, adoleſcentes, filios, diſcipulos, alumnos.

DE SVPERSTITIONE EPITHETORVM.

FVGIENDA eſt infelicitas eorũ qui ſe certis vocib⁹ alligãt, quas magica penè dixerim ſuperſtitiõe vel mutari, vel inuerſo ꝓferri ordine, piaculũ exiſtimant, perĩde quaſi Iouẽ cõceptis verbis euocẽt, aut noxios dęmones aſciſcãt: quos niſi rite certiſq; verbis compelles, capitis tui periculo feceris. Beatiſſime pater, audit Roman⁹ põtifex. Si ſcripſeris pater beatiſſime, reſcindit diploma. Audit ſanctiſſim⁹ pater. Si quis ſcribat, pater ſanctiſſime, mutat ſcriptũ. Audit ſanctiſſimus domin⁹ noſter. niſi addas, noſter, aut ſi prępoſtere dixeris, noſter ſanctiſſim⁹ domin⁹: ingens flagitiũ cõmiſſũ putabitur. Simili ſuperſtitione receptũ eſt vt cardinalibus tãtũ reuerẽdiſſimas dominatiões tribuam⁹. Archiepiſcopos reuerẽdiſſimos appellem⁹. Epiſcopos & abbates reuerẽdos. Priore venerabiles.

Decanos ſpectabiles. Vnũ Gallorum regẽ Chriſtianiſſimũ. Solum Hiſpaniarum regem Catholicũ. Angliæ regem ſereniſſimũ. Solum Cęſarem ſemper auguſtũ. Duces illuſtriſſimos. Alios inferioris nobilitatis tantũ illuſtres, alios clariſſimos. Quis hac titulorũ ſuperſtitionẽ inuexit ĩ mũdũ? Nimirum phariſaicũ illud hominũ genus, quod alijs quoq; ceremonijs, & falſæ doctrinæ, falſæq; religionis pręſtigijs diu mortaliũ generi nimium credulo impoſuit. Huiuſmodi reuerẽdiſſimis dominationibus, & catholicis maieſtatib9, ampliſſimis paternitatibus ſubinde repetitis, bonam epiſtolæ partem occupamus, & latini ſermonis gratiam perdim9. Ignoſco ijs q̃ui his vtuntur inuiti: non ignoſco qui hæc cõminiſcuntur, aut qui exigunt ceu rem ſeriam. Quid enĩ? ſi regem pro patriæ ſalute ſeſe periculis obijcientem, pro catholico aut Chriſtianiſſimo dixero patrẽ patriæ? ridebit, opinor, me craſſo Calphurnius ore. Quid ſi Romanũ pontificẽ, nõ ambitioni, nõ quæſtui, nõ voluptatib9, nõ tyrãnidi inhiãtẽ, ſed CHRISTI glorię, Chriſtianiq; gregis ſaluti ſeruiẽtem, dixero paſtorẽ euangelicũ: an non appoſitius loquar, quam ſi dicam, beatiſſime pater: cũ beati cognomen quadret etiam in diuitẽ? Si vere talis eſt põtifex, tribui dignum titulũ: ſi non eſt, ſubmonui qualis eſſe deberet. At iſti putant aliud eſſe, dominus petrus, & petrus domin9: & prophanos, honoris gratia ſemel dominos appellandos: eccleſiaſticos, dominos dominos: cæterũ abbates aut epiſcopos, dominos. Quòd ſi dominici vocabuli cõ geminatio facit ad ſignificationẽ dignitatũ, quoties eos vocabimus dominos, qui plus quã vigin-

ti ſacerdotijs onuſti ſunt? Et de his tricis doctiſſimi ſcilicet homines ſudantes diſputant, cũ vtrunque iuxta ſit barbarum. Cõditionis nomen dominus eſt, non honoris: tyrannicũ, nõ magnificum: barbaricum, nõ Romanum. Nam & lenonẽ cui mancipia ſint, dominum recte dixeris. Itidẽ magiſtrum noſtrum ſi dicas, theologum intelligũt, præſertim Lutetiæ, & Louanij, quũ calceariorũ famuli ſuum patronum, inter ſe cõfabulãtes noſtri magiſtri verbis ſignificent, veluti quum aiũt: Vbi ceſſat noſter magiſter? Temulẽtus eſt alicubi noſter magiſter. Vtinam nũquam domum redeat noſter magiſter. Quòd ſi capræ loqui poſſent, paſtori ſuo dicerent, noſter magiſter. Tãtulũ intereſt inter caprarium abiectiſſimum & idiotã, & inter ſacroſãctum diuinæ mẽtis interpretem. Dicẽt. Quid faciam ſi quis honoris gratia me vocat magiſtrum noſtrum? Ride, moue caput: & deſinent te ſic honorare, ſi ſenſerint aures tuas non delectari titulis ineptis.

QVOMODO DICENDVM VALE.

QVEMADMODVM à ſalutatione auſpicamur epiſtolã, ita dicto vale, claudimus: niſi quod apud Græcos Χαίρειν vtroque loco ponitur, ſed in calce rarius. Item apud Latinos ſalue. Vale nõ dicitur niſi in digreſſu, quemadmodum nec apud Grecos ἔρρωσο. Hoc intereſt, quòd ſalutatio nonnũquam ſic effertur, quaſi recitetur à tabellario. Cicero Trebatio ſalutem dicit. Vale, ſemper ad ſcribentis perſonam accõmodatur. Vale mea Terẽtia. Nemo ſic ſcribit: Cicero Terentiam ſuam bene valere iubet, quemadmodum: Cicero Terentiam ſaluere iubet.

VALE DICENDI FORMVLAE. ALIQVOT.

VALE. Vale recte. Bene vale. Cura vt q̃ rectiſſime valeas. Etiã atq; etiam cura vt valeas. Da operam vt bene valeas. Cõmunẽ valetudinem fac cures diligẽter. Si tu recte vales, nos iamdudũ valemus. Valetudini tuæ, ſi quidem nos valere vis, omni ſolicitudĩe fac ſeruias. Adnitere vt q̃ optime valeas. Sit tibi curę tua valetudo mi Tyro, Si quidẽ nos amas, valebis mi Cicero, meq; mutuo diliges. Fac valetudinẽ tuã ſummo tueare ſtudio. Valeto. Scribã aliàs copioſius, interim mihi valebis. Adero ad calẽdas Maias, interea curabis vt valeas. Da operã vt ſis proſpera valetudine. Age curam valetudinis tuæ. Si quid erit quod velimus eius cui ſcribimus animo inhęrere, ſolet poſt vale ſubijci. Vale, noſq; , qđ ſoles, ama. Vale mi Petre, & hoc vnũ fac memineris, te inter venena viuere. Iam vale. Valebis autẽ, ſi philoſophiam amplecteris. Vale, & quicquid acciderit, cogita te mortalẽ eſſe. Vale noſtri memor. Valeto, & nominis ĩmortalitati totis neruis incũbito. Vale meum dec⁹, & caue ne tibi accidat quod admonuimus de fratris negotio. Nonnũq̃ & poſt dictũ vale ſubijcimus quod nos fugerit, aut quod ideo fingim⁹ nos fugiſſe, quo tenaci⁹ inſideat animo. Vale mi More. Sed heus tu, propemodũ prę terierã, quod ĩ primis dictũ oportuit. Vale. Iã parabam obſignare literas, ſed quia pręter ſpẽ otij nõnihil obtigit, libet etiam diutius tecũ garrire. Vale, ſed iam obſignaturo epiſtolã, illud percõmode venit in mentẽ. Valebis. Sed mane pauliſper: nunc demũ occurrit animo, quod primo lo-

co dictũ oportuit. Vale. Sed ô me obliuioſum: pene ſero ſoceri tui negotium mihi venit in mentẽ. Vale. Iam ceræ admouerã anulum. papæ, quàm penè me fugerat, quod omniũ maxime ſcire te volebam. Valebis, ſed ſi illud prius admonuero, vt à fucatis amicis te ſubducas. Vale. Eia, de libro nunc demũ ſeſe offert memoriæ, ne cui credas, niſi videris meum chirographum. Vale iterũ atq; iterũ. Equidẽ nõ poſſum deſinere, adeo mihi dulce eſt cum amico iucundiſſimo cõfabulari. Vale iam tertio. Sed prius quàm obſignem epiſtolam, vnum illud addam. Vale. Iam epiſtolam complicauerã cum adiret me gener tu9, qui te iuſſit ſaluere plurimum ſuis verbis. Iam obſignaram epiſtolam, quum alteras tuas ad me literas reddit veredari9. Itaq; reſignaui, & eadem opera binis tuis reſpõdeo. Huiuſmodi figurę non hoc tantum in loco, verum aliàs etiam habent gratiam, ſi quid Fabio credimus. Nam & amouent ſuſpicionem fuci, & artificij, & lectorem dormitabundum velut ad rẽ nouam expergefaciũt. Reperiuntur apud Chriſtianos dicendi vale formulæ diuerſæ ab his, non tamen in totum damnandę, mea quidem ſententia. Incolumem te nobis diu ſeruet Opt. Max. IESVS. Faxit CHRISTVS author omnis ſalutis, vt nobis & quàm diutiſſime, & quàm rectiſſime valeas. Diu te nobis ac Reipub. ſoſpitem velit eſſe dominus IESVS. Hui9 generis formas ſi quis effingat accommodas, non arbitror reprehendendum. Cæterum alienas illas coronides, durêque affectatas, non feram. Vale in eo qui vaſtũ cingit fluctibus orbem. Validũ te ſeruet, qui mare & terras, varijſq; mũdum temperat horis. Quid enim

terra mari cincta facit ad valetudinē tuā? Aut q̇d annus in quatuor partes digeſtus? Mollius erat, Ille qui ſolus ſanat omnem ęgritudinem, donet tibi vt quàm optime valeas.

QVID POST VALE.

POST vale cōtinenter locū ac diē aſſcribunt veteres. Locū varie, his quidē modis. Datum Romæ, datū è Roma. Scriptū Mantuæ, ſiue è Mantua. Aut omiſſo participio: Carthagine, Lutetię, Athenis. ex arce noſtra. E villa paterna. Ex noſtro Formiano. E caſtris Cæſarianis. Ex regia Britānię. Ex noſtro Muſęo. E naui. Ex pādocheo. Nā hoc quoq; nōnūq̄ iuuat diſcere vbi fuerit amicus qui ſcribit. Et loc⁹ ac tēpus nōnunq̄ excuſat epiſtolā neglectius ſcriptā. Tēpus priuatū his fermè modis aſcribitur: Ruri ad multam noctem. puteolis prima luce. Ex ortis ſuburbanis. Inter cœnandū, aut, mox à cœna. E paternis ædibus crepuſculo. Ex litore marino ad lunam. Ex aula Cæſaris nocte cōcubia. Noctu, multa nocte, profunda nocte, alta nocte, plurima nocte, nocte intempeſta. Sub gallicinium. Ex balneis pomeridianis. Tempus publicū his rationibus additur: Anno à Chriſto nato milleſimo q̄ngenteſimo. Anno à natali Ieſu Chriſti, quingenteſimo ſupra milleſimum. Anno à Virginis partu, milleſimo trecenteſimonono. Anno ab orbe redempto poſt milleſimum quingenteſimo. Anno à Chriſto paſſo, ſexageſimoſexto. Anno ab hominum genere reſtituto. Anno ſalutis humanæ. Quidam auſpicantur annum à natali Chriſti, q̇dam à Kalendis Ianuarijs, quidā à die paſchę, q̇dā à feſto Annūciationis. Atq; ex hac re ſępenu

mero captio naſcitur parũ attentis: quam varie-
tatẽ expediret tolli è rebus mortalium. Veteres
ab orbe cõdito ſupputabant. Græci numerabant
Olympiades, quẽadmodũ alij indictiões. Roma-
ni primũ ab vrbe cõdita numerabãt: mox per cõ-
ſules deſignabant annũ, ꝙ is magiſtratus eſſet an-
nuus. Aſſcribitur & menſis, & dies menſis. Ro-
mæ calẽdis Ianuarijs, ſiue, Ianuarij. Ad calendas
Ianuarij, vel, Ianuarias. Nonis Martijs, vel, Mar-
tij. Idibus Iunijs, vel, Iunij. Ad Idus Iunias. Pri-
die calẽdarũ Ianuarij, vel, Pridie calẽdas ianuarij.
qđ poſteri⁹ apud authores ꝓbos eſt vſitati⁹. Po-
ſtridie calẽdas Octobres, vel, calẽdarũ Octobriũ.
Tertio calẽdas Auguſtas, vel, Auguſti: vel, ad ter
tiũ calẽdas Auguſtas. Recẽti⁹ eſt autẽ qđ quidã
à principe mẽſis die ſupputãt: Die mẽſis Iulij vi
geſimooctauo. Errãt autẽ qui ꝑpoſitionẽ ad addi
tã exiſtimant ſemper tẽpus reddere incertũ. Ete-
nim quũ M. Tullius frequẽter ſic aſſcribit diem,
Ad. xv. Cal. Febru. num ita pot⁹ erat, vt quo die
ſcriberet, ipſe neſciret? Imò hic ſermo ſumpt⁹ eſt
à Græcis, qui τῶν εἰς τέσσαρα dicũt, ꝓ τεσσά-
ρων. Cęterũ ſiquãdo de tẽpore ambigit qui ſcri-
bit, hoc pacto ſcribere licebit: Anno circiter nona
geſimo ſupra milleſimũ. Anno plus minus quĩ-
genteſimo. Ad annos circiter nonaginta. Annos
fermè nonagĩta. Dies q calẽdarũ diẽ, aut nonarũ,
aut iduũ proxime antecedit, nõ eſt aliter deſignã
dus, q̃ per aduerbiũ pridie. pridie calendas Ianua-
rias, Is enim eſt vltimus dies menſis Decembris.
Qui ꝓxime cõſequitur, duplici modo notari po-
teſt: poſtridie nonas Iunias: ſiue, Octauo Idus Iu-
nias. Nec abſurdũ eſt quod nõnulli noſtris feſtis

indicant dies: Natali Chriſti, Natalitio virginis matris. pridie natalis Ambroſiani. Ferijs paſcha- lib⁹. Die à natali Ioannis Baptiſtę tertio. Inſcriptis, vbi cum periculo poſſit errari in tempore, profuerit eundem diem aut annũ varijs notis indicare, vt. Anno à Chriſto nato M. D. Alexandri põtificis decimo, Nonis aprilis, poſtridie paſchę. Etenim ſi ſcriptoris vitio cõtigerit deprauari numerum vnum, ex alio poterit reſtitui.

DE ORDINE EPISTOLARI.

ORDINEM in epiſtolis vel à natura, vel ab arte licebit petere, ſed ab arte infrequenti⁹. Nã ſi in actionibus forenſibus omnis ferè diſpoſitio à cõſilio ſumitur, nõ pręceptis: quãto magis id faciundũ in literis, q̃ legũtur, non audiuntur: & leguntur à docto, non à vulgo: poſtremo quę nullũ omnino nõnũq̃ habẽt ordinẽ, & ſi habẽt maximè, melius diſſimulant, q̃ oſtendunt. Quare ſuperſtitioſe faciũt qui libertatem illam epiſtolarem certis ptibus alligãt, atque eiuſmodi ſeruituti includũt, cuiuſmodi ne orationes quidẽ tenere Fabio placet. In ſimplicib⁹ argumentis eũ ſequamur ordinẽ, quem cõſiliũ nobis dictauerit, nõ pceptiunculæ. In cõfuſaneis epiſtolis, in quibus innumerabiliũ ppè rerũ aceru⁹ cõgeritur: aut vt quicquid in buccã venerit, ita effũdemus: aut ordinẽ aliquẽ à tẽpore, loco, perſonis, aut rebus imaginabimur: eũ crebris tranſitiunculis breuiter ſignificabim⁹. Quas quidẽ vel à ſimilibus, vel à diſſimilibus, paribus, imparibus, contrarijs, diſparatis, relatis fingem⁹, ad hũc modũ. Habes animum mõſtroſum, nunc corpus accipe mõſtroſo animo dignum. Mea in illum officia te-

nes: iam quã ille gratiam retulerit, cognoſce. Sed hæc adhuc puer: iam quæ adoleſcẽs deſignarit, referam. Verũ hæc tibi cũ multis communia, illud tuæ proprię laudis. Sed hoc leue, illud non tolerãdum. Sed hęc in ſuis ſordibus eſſe fatetur, veniamus ad ſplendida. Sic epiſcopatum eſt aſſequut⁹, nunc audi quomodo geſſerit. Sic emit magiſtratum, nunc dicã vt epiſcopatum adminiſtrauerit. Adhuc vetera diximus, illud nouũ & inauditũ. Sed hactenus iocati ſumus, veniam⁹ ad ſeria. Sed triſtia mittam⁹, reuertamur ad lętiora. Habes Britãnici itineris tragœdiã, nunc Gallicas accipe comœdias. Vulnus aperui, nunc remediũ oſtendã. Sed hoc nihil ad nos, illud vehemẽter mea refert. Ad primas tuas habes, nunc reliquis reſpõdebo. Minuſculæ tuæ epiſtolę reſpondi, venio ad maiorẽ. Priori tuę epiſtolę ſatiſfactũ, ad alterã accingimur. Quæ hic gerãtur audiſti, nunc ad literas tuas ordine. Sed hęc me magnopere delectant, illud male habet. Quid doleã, habes: nũc quid metuam accipe. Sed hæc ſpes tantum erat, illud iam tenebam⁹. Quantam rem ſuſceperis, oſtendi: nũc qua ratione perficias, diſce. Tuis de negotijs habes, noſtrę vero res ſic habent. Prioribus tuis, opinor, reſpondim⁹, nũc ad poſteriores accĩgar. Habes forenſia, nũc domeſticas res accipe. Ruſticanas res habes, nũc vrbanas accipe. De tuis habes ad omnia, de meis nũc viciſſim accipe. Sed iã ſatis diu de Republica: nũc ad domeſtica veniam. Sed hæc rumore tantũ cognouimus, illa vidim⁹ ipſi: Dixi ducem, nunc tibi pacis moderatorem deſcribam. Sed hæc corrigi poſſunt, illud ne leniri quidem vlla arte poteſt. Turpiſſima audiſti,

audi turpiora.Quid ingratius?ſed audi etiā ingratiora.Omnib9 ferè de reb9 habes,illud vnū addā. Conſilij mei rationem habes,nunc quid te facere velim,aperiam. Sed iā nimis multa de externis, de noſtris pauca cōmemorabo. De partu,recte: de diuortio,diſcrutior. De affinitate noua voluptatē nuncias,maximā:ſed de Caſſiano vita defūcto,acerbū profecto nunciū. Huiuſmodi tranſitiunculis commode excogitatis,tanquam anſulis quibuſdā inter ſe cōnecti poterūt quæ natura nō cohærebunt: paritereqꝫ fiet,ne tanquā ſcopę diſſolutę,turpiter diffluat epiſtola,& legetur libētius, & intelligetur facilius,& hærebit diutius. Quare connexionibus breuibus & aptis crebrius vti conuenit:non in hoc ſolum genere,verum etiam in ſimplicioribus argumentis, quibus ea quoque quæ natura ſunt perpetua,interſecemus, quò legentis animus ſubinde renouetur.

MIXTAE EPISTOLAE EXEMPLVM.

MIXTAE epiſtolæ exēpla, quāquam apud Ciceronē plurima ſuppetūt,maximeqꝫ ex ijs quas ad Atticū & Quin. fratrē ſcripſit, tamē necubi noſtrā operā ſtudioſi adoleſcentes deſiderent,vnum ſubijciemus.

DOMITIVS LVCIO SVO S.D.

SECVLVM exiſſe ſcribis ꝙ ne litera quidē à nobis adfert. quāquam impudēs ὑπερβολῆ, nā ſeculum iſtud vix dū etiā trimeſtre:tamē vt me ſine culpa incuſari doleo,ita tuo noſtri deſiderio maiorē in modum delector.Nos vix demū poſt Vlyſſeos errores ad Muſas rediuim9,nōdū ſatis etiā placatas.Expoſtulant adhuc,& queruntur ſibi parum obtempera-

tum à nobis fuiſſe, qui quidẽ feliciſſimo literarũ otio relicto, tantis fluctib⁹ memet iniecerim. Lucubrationes tuæ nitidiſſimis formulis excuſæ, nuper in vulgus exierũt, bonis(ni fallor)auibus: nã paſſim & à diſtractoribus, & à ſtudioſa iuuentute rapiũtur. Neq; deſunt tamẽ Momi quidã, qui Veneris ſandaliũ calũnientur, ne nihil in abſolutiſſimo opere reprehẽdant. *Styli* nouitatẽ ſubaccuſant, id eſt, antiquitatem: quod ego tamẽ ſummã laudem interpretor. Quare tu hæc æquo animo feres, ne tibi Vergilius inuideat, cuius cæleſtis eruditio huiuſmodi Momos nõ potuit effugere. Nos quoq; dialogũ noſtrũ incudi redditũ perpoliuimus, is iamdudum in bibliopolarũ eſt officinis, editionis aleam ſubiturus. Cęterum modo ab Ariſtotele, cuius ſigna à pueris ſequuti ſum⁹, deſciuimus, eq; Lyceo, & ambulacris illis, in Platonicã familiã tranſmigrauim⁹. Et adeo defectiõis non pœnitet, mi Luci, vt te quoq; ad meã Academiam ſolicitare non prius ſim deſiturus, q̃ pſuaſero. Verum de ſcholis aliàs, nũc ad politica. Hic omnia plauſu lætitiaq; perſtrepunt. Mediolanũ receptum, dux à victore in Galliam deportatus. Galli ſucceſſu victorię ſublati, maiora moliũtur, & iam Italię minantur. Nũc ad domeſtica veniã. Cętera vt volumus, nepotulus tuus iam menſem febricula afflictatur: ſed medicus bene ſperare iubet. A nobis neq; pecuniæ parcitur, neq; vlli rei quæ ad illius valetudinem curandam pertineat. Ambroſium, qui tibi debet, iam tuis verbis ſępi⁹ appellaui: ſed homo planè faciẽ perfricuit: quare aut nomen condones cenſeo, aut obtorto collo hominem in ius trahas: etiam ſi vereor ne oleum

& operã omnẽ luſeris. Elabetur aliqua Proteus. ſed de hoc tute ſtatues. Domeſticæ res ſic habẽt. Nunc ad tuã epiſtolam. De Britannia adeunda, quid ita mihi in mentẽ inciderit, demirari te ſcribis. ita credo, quia parũ feliciter euenit. Quid facerem? Orabat is, cui negare fas non erat, & p æſtiuos menſes in Gallia deſidendum erat. Putabam eſſe aliquid, eadem opera & amiciſſimo homini gratificari, & inſulam multorum literis nobilem viſere. Poſtremo, fatebor enim, nonnihil etiã nominis atq; emolumenti ſpes ſolicitabat. Conſiliũ habes noſtrum, nunc euentum accipe. Ad reditũ vſq; ſecunda omnia. Nũciatoria.

Facilis deſcenſus Auerni:
Sed reuocare gradũ, ſuperaſq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt.

Prius q̃ nauim conſcenderemus, in litore omnis mea pecuniola naufragium fecit. Cęterũ placidiſſima nauigatione Geſſoriacũ appulim⁹. Hic denuo portitor omneis crumenæ angulos rimatur, ac Douarienſem portitorẽ deuouet, qui ſibi pręda pręripuerit. O ſceleſtum, inquies, litus. Imò amicũ & ſalutare. nã niſi me nudũ Britannia remiſiſſet, actum de nobis fuerat. Siquidẽ in Gallia in latronum ſicas incidi, à quibus ſola me nuditas ſeruauit. Nam aduerſus hoc hoſtium genus, nullis armis melius defendimur, q̃ inopia. Lutetiam deniq; reuerſum febris æſtuantiſſima excepit, quæ loculos pariter & corpus exhauſit. Habes non mali conſilij peſſimum exitum. Quòd mihi de noui honoris acceſſione tam ex animo gratularis, morem tu quidem antiquum tuũ obtines, vt amiculi commodis propè vehementius

q̃ tuis ipſius gaudeas. De Caſſij morte nætu mi-
Lamẽtatio. hi luctum acerbum annũcias. Quòd Vari nebu-
lonis improbiſſimi impudentiam fregiſti, o q̃ fa-
ctum bene. Sed quid ais? petroniũ ne gladiatorio
animo ad te viam affectare, & tibi tã odioſe ne-
gotiũ faceſſere? An hoc quoq; portentũ tuæ virtu
Gratię. ti fata deſtinarunt? Quòd Antonius de nobis a-
mãtiſſime & loquitur & ſentit, noui nihil nun-
cias. Quòd librũ tã impendio carpit Zoilus, in-
credibile q̃ mihi placeã, vt illi me intelligo ma-
gnopere diſplicere. Fratres è turpi ſimultate te
authore in gratiã rediſſe ſerio gaudeo. Dabis ope
Monitoria. ram ne quãdo qđ ſartũ eſt, reſcindatur. Nepotem
Officioſa. tuum tam ſolicite mihi toties abs te commenda-
ri, ſubiracũde fero. Ignoſces, non tibi concedo, vt
ille tibi magis curę ſit q̃ mihi, etiã ſi eum amas
Gratulatio. plurimum. Quòd hęreditaria pecunia es auctus,
neq; me vis tibi gratulari, neq; gratulandũ puto.
Quis enim nõ vel Crœſi diuitijs illiuſmodi hoĩs
conſuetudinem antepoſuerit? Sororem tuam fi-
liolo auctam, te nepotulo, volupe eſt. Eã rem ſpe-
ro ſuperi bene fortunabunt. Generũ tibi volupta-
ti eſſe gaudeo. Ah in filiũ nimiũ ſæuis. Memine-
deprecatoria ris facito illum & hominẽ eſſe, & puerũ, teq; idẽ
quod ille eſt, fuiſſe. An illum vis repente naſci ſe-
nem? Age mitte hãc noxam me precatore, meoq;
periculo. Ad me recipio illum poſthac emenda-
Iocoſa. tiorem fore. Sed o deum immortalem, quantos
riſus tu mihi nuncias? Ita ne Sabellius bibit, & fu-
git? Multum æris reliquit, ſed alieni. Tandẽ fatea
ris oportet me vatem eſſe optimũ. Quanto ante
Monitoria. fugam iſta proſpexi, & præcinui? Conſilium tuũ
de nauigando neutiquam probo, Terrent me

hyberni mēſes,ſin⁹ naufragijs infamis: tua vale- tudo nō dum etiā confirmata. Sed de hoc ipſe vi- deris,me certe authore non facies. De puero amā- dando,ſanus ne es? Certe differ in reditū meum. Quod de filię nuptijs cogitas,ego tuæ ſententiæ vehementer ſubſcribo. Habes ad omnē epiſtolā tuam. Sed heus tu,illud vnū me fugerat, fundus tuus ſi eſt vti deſcribis, ſupra modū me delectat: tum ædificiū,euge quā ſcite abs te cogitatum. Iā iſthuc geſtio reuolare, vt in Academiola noſtra ab omni vrbano ſtrepitu ſemoti pariter philoſo- phemur:certemuſq; vtrū ego te ad Academico- rū partes abducā, an tu me perfugā in peripate- ticorū familiā reuoces. Hęc meditare dū accurro. De ædificio te,quanquam architectum tantum, tamen hoc vnum admonebo,vt cœnaculum ſpa- tioſis frequētibuſq; luminibus illuſtre fiat. In or- tis platanus ſit patulis diffuſa ramis,& propê fō- ticul⁹ aqua frigida ſubſcatens,vt Muſas quoq;, ſi- quando videbitur,poſſimus accerſere. Reſpōdi- m⁹ tuis. nunc quid hic agatur, accipe: Nos certe hic in grauiſſimo æſtu,tamen frigemus. Pōtifex meus mōtes ille quidē aureos promittit,ſed pro- mittit tātum,mittit nihil. cęterum ſpe Craſſi di- uitias vincim⁹. Vtvt res cadēt, nos certe vtemur foro. Tu mi N. toto pectore,id quod per te facis, in nominis immortalitatem incumbe. Iam orbis propê vniuerſus ingenij tui expectatione ſuſpen ſus,neſcio quid cæleſte ſibi de tua virtute promit tit. Et eū in locum res adducta eſt,vt deſiſtere tur piſſimū fuerit. Nos hic gloriæ tuæ propagandæ magno ardemus ſtudio. Nepotulos meos ideo ti- bi non commēdo, quoniam commendatiſſimos

Diſſuaſoria. Domeſtica. Iocoſa. Tranſitio. Exhortatio. Commendatitia.

eſſe ſcis. Scripſeram hæc multa quidẽ nocte, poſtridie daturus: & ecce tibi ante lucem derepente Lucilius adeſt: vixq́ reſalutatũ, ecquid abs te literarum apportet, rogo. Negabat quicquã eſſe ſcriptorũ: ſed multum omnino rerum nouarum tuis verbis nunciauit. Primũ nauigãdi te mutaſſe conſiliũ. id quod ego vtriuſq́ nomine vehementer gaudeo. Caminij fucatam beneuolentiam in apertam ſimultatem tãdẽ erupiſſe adeo moleſte non fero, vt etiam gratuler tibi. Nam perſonatus amicus damnum dare poterat: apert⁹ hoſtis quid tãdem eſt quod poſſit nocere? Quòd pro noſtra exiſtimatione tãtam cũ inuidentiſſimis hominibus dimicationem ſuſcepiſti, nõ ego tibi tãquam pro nouo officio gratias agam, quũ id facere nunquã deſinas. Quòd de adiũgenda Demetrij affinitate nos conſulis, quãquã ipſe conſilio abundas, tamẽ in reditum noſtrum rem proferas cenſeo. Coram agere prꝺſtabit. Plura tecum garrire libebat, quid enim faciam libẽtius? ſed iamdudum accinctus tabellio literas efflagitat. Quare valebis ipſe, noſtróſq́ omnes valere meis verbis iubebis. Datum Aureliæ, Nonis Decembris.

Tranſitio.

Gratulatio.

Gratiarum actio.

Monitio.

EPISTOLARVM GENERA.

Hvivsmodi literarum genere ex varijs rebus cõſarcinato familiares inuicẽ perſępe vtuntur. Nũc ſimpliciũ genera proponemus. in præſentia ne cõſilij quidem eſt omnes epiſtolarum formas recenſere. id quod non min⁹ infiniti negotij puto, quã Libycas arenas pernumerare. Nam quòd M. Tulli⁹ ad Curionem tria epiſtolarum genera facit, non id agebat, vt ſingulas literarum ſpecies diſtingueret, ſed vt propoſi-

tæ complexioni ſeruiret. Ea vero diuiſio quæ nõ ex argumenti varietate, ſed ex characteris conditione ducitur, parũ mihi videtur ad docẽdum appoſita. Quòd ſi quis ex argumentorũ differentia formas cõmetiatur, quum illorum infinita ſit varietas, quis erit formarum modus? Quid enim eſt in rerũ genere, quod literis non committatur? In his gaudemus, dolemus, ſperamus, metuimus. In his ſtomachamur, expoſtulam9, blandimur, querimur, iurgamur, bellũ denunciamus, in gratiam redimus, conſolamur, conſulimus, deterrem9, minamur, excitamus, cõpeſcimus, narramus, deſcribimus, laudamus, vituperamus. In his odimus, amamus, miramur, deliberamus, paciſcimur, cõuiuamur, nugamur, ſomniamus deniq́, & quid tãdem nõ? His tanquã certiſſimis miniſtris omnes animi affectus, his publica, his priuata, his domeſtica credim9. Quare in re pſe infinita eam moderationem adhibebimus, vt neq; ſumma tãtum genera ponamus, neque minutiſſimas quaſq; partes fruſtulatim conciſas perſequamur: ne aut nimia paucitas ſtudioſis non multũ adferat adiumẽti, aut immodica diligentia id demũ, quòd ait Fabius, aſſequamur, vt quum nimis multa, necdum tamen omnia videamur dixiſſe.

TRES OMNIVM GENERVM FONTES.

RHETORVM pleriſq; tria cauſarũ genera placuerũt, ſuaſoriũ, encomiaſticũ, & iudiciale. Ad hæc tanq̃ad fontes pleræq; literarũ formæ referũt, vt ſuaſorio has ferè partes ſubijcias: Conciliationẽ, reconciliationem: exhortationem, dehortationem: ſuaſionem, diſſuaſio-

nem, cõſolationem,petitionẽ,cõmendationem, monitionem,amatoriam.In demõſtratiuo genere verſantur deſcriptiones perſonarũ,regionum, prædiorum,artium,fontium,ortorũ, montium, monſtrorum,tempeſtatũ,itinerũ, conuiuiorum, ædificiorum,põparum.Ad iudiciale gen⁹ hęc ferè referuntur,Accuſatio,querela,defenſio, expoſtulatio,expurgatio,exprobratio,cõminatio, inuectiua,deprecatio.His tribus quartũ gen⁹ accerſere licebit,quod,ſi placet,familiare nominem⁹. Eius eiuſmodi fermè ſpecies eſſe poſſunt.Narratoria,qua rem apud nos geſtam,lõge poſitis exponimus.Nũciatoria,qua nouarum rerum quippiam annunciam⁹,ſiue de publicis,ſiue priuatis, ſiue etiã domeſticis.Gratulatoria,qua amicorum felicitatem nobis iucundam eſſe teſtamur. Lamẽtatoria, vel noſtra, vel neceſſariorum commoda deploramus.Mandatoria, qua negotij quippiam alij noſtro nomine gerendum committimus. Eſt quæ gratiarum habet actionem,qua nobis gratũ fuiſſe benemerentis officium declaramus.Collau datoria,qua puerũ,aut qui in noſtro ſit imperio, officio functum laudamus.Officioſa,ſic enim viſum eſt appellare,qua operam ac ſtudium vltro pollicemur amico. Iocoſa,qua cuiuſpiã animum feſtiua vrbanitate delectamus.Verum de his pru dens ſuperſedebo,propterea quòd vt incantatores certas quaſdã preculas, ita iſti formulas quaſdam pręſcriptas habent,vt ne apicem quidem ſine ſummo rerum humanarũ diuinarumq; diſcrimine putent demutari poſſe. Nos eorum conat⁹ noſtris præceptionib⁹ adiutamus,qui ad optimũ ſcribendi gen⁹ adnituntur:non qui vel arrogan-

tiſſima ſuperſtitione, quod ſemel eripuerunt, id pro optimo defendunt: vel ad ſordidiſſimũ lucellum toto pectore inhiantes, pro optimis peſſima ſequi malunt. Quid enim iis præcipias, quib⁹ ea demum epiſtola optima eſt, quæ quæſtuoſiſſima? His diſputatoriam, ſciſcitatoriam, doctrinalẽ adiicias licebit. In quib⁹ & theologicæ & ethnicę contineri poſſunt. Neque vero me præterit apud Græcos eſſe qui epiſtolarum genera diuidat hũc in modum, vt φιλικη dicatur quã amicus ſcribat amico. συςατικη, qua quẽpiam alteri commẽdam⁹. μεμπτικη, qua deſideram⁹ ĩ aliquo officiũ. ονειδιςικη, qua cuipiã exprobramus ingratitudinẽ. παραμυθικη, qua cõſolamur afflictos in reb⁹ aduerſis. ἐπιτιμητικη, qua increpamus aliquẽ lapſum. νουθετικη, qua libere admonemus quid ſit agendum, quid nõ. ἀπειλητικὴ, qua comminamur alicui, ac metũ iniicim⁹. ψεκτικὴ, qua morum improbitatem alicui exprobramus. ἐπαινετικὴ, qua collaudamus aliquem officio functum. συμβουλευτικὴ, qua cõſulim⁹ quid nobis videat optimũ factu. ἀξιωματικὴ, qua deprecatores intercedim⁹ ꝓ aliquo qui deliquit. ἐρωτηματικη, qua ſciſcitamur aut percõtamur ab alio quod ſcire cupimus. ἀπωφαντικὴ, qua percõtanti reſpõdem⁹. ἀλληγορικὴ, qua tectis verbis ſignificam⁹ cuipiam quod ab eo ſolo cui ſcribimus, volumus ĩtelligi. ἀιτιολογικη, qua reddim⁹ cauſas cur aliquid aut factum non eſt, aut nõ eſt futurum. κατηγορικη, qua quẽpiã incuſam⁹. ἀπολογητικὴ, qua nos purgamus. ἐυχαριςικη, qua gratulamur amico ſuam felicitatem. ἐιρωνικη, quum diuerſa ſcribimus, ac ſentimus. ἀπευχαριςικὴ, qua gra-

tias agimus pro officio in nos collato. Has epiſto‑
larum formas tãtum cecenſent, & exemplũ qua‑
lecunque ſubijciunt, nec indicant qua ratione ge‑
nꝰ vnumquodque tractandum ſit. Quod ſi ma‑
xime facerent, tamẽ ipſa generum diſtributio nõ
videtur ab vlla ratione profecta. Nã quod appel‑
lant φιλικὸν, non ab argumento ſumptum eſt,
ſed à perſona. Alioqui quos familiariter amamus,
hos admonemus, obiurgamꝰ, exhortamur: cũ his
iocamur, aut expoſtulamus. Extat & Philoſtrati
præfatio de charactere epiſtolæ, admonens nos
ꝙ epiſtolam non oporteat nec Atticam eſſe plus
ſatis, nec omnino carere Atticiſmo: quòd hoc ip‑
ſo figurata ſit, quòd figurata nõ eſt: quòd tametſi
ciuilis ſit, tamẽ nõ abhorreat à multitudine. quòd
in breuioribus epiſtolis liceat circulũ abſoluere,
in prolixioribus nõ itẽ: niſi vel in calce, vel in epi‑
logo, vel in epiphonemate: ꝙ perſpicuitas præci‑
pue congruat epiſtolæ. Hæc vt ſunt ab illo feſti‑
uiter Græce ſcripta, ita non video quid adiuuent
adoleſcẽtes ad recte ſcribẽdũ. Nos igitur iuuẽtu‑
tis induſtriæ conſulere pro virili cupientes, diuer
ſam generũ diſtributionẽ ſequi maluimꝰ. Sed ec‑
ce properantem aliò, me velut è curſu reuocat, au
remꝙ vellicat ſecretariorũ chorus, qui principibꝰ
ſũt ab epiſtolis. Itáne noſtri (inquiũt) ὥσπερ τῶν
μεγαρέων οὐδεὶς λόγος. Verũ his difficile ſit ali
quid præſcribere, quorũ calamus liber nõ eſt. Sed
quemadmodũ præcipit Martialis, vt coquus ha‑
beat gulam domini, itidem iſti coguntur affectui
principũ ſeruire: quos illud tantũ obiter admone
bo, vt vbiꝙ doctam ſermonis facilitatẽ ac perſpi
cuitatẽ ſectẽtur, ac decori cum primis meminerit.

Id metiendum erit non ab ipſorum animo, ſed ab eorum fortuna, moribuſq́; quorum nomine ſcribunt. Hactenus igitur epiſtolarũ genera quatuor propoſuimus, & ſuas cuique generi formas ſubiecimus: nunc ordine de vnaquaq́ ſpecie præcipiemus.

QVID INTER EXORTATIONEM, ET SVASIONEM.

a c primũ finitime admodũ inter ſe ſunt exhortatio, & ſuaſio, quas nos tamẽ dicẽdi gratia ſeparauimus: idq́ fecimus neq́ ſine exẽplo, neq́ citra iudicium: propterea quòd & veterum nonnulli in arte dicẽdi exhortatoriũ genus à deliberatiuo diſiunxiſſent, & ipſi nonnihil diſcriminis perſpiceremus. Siquidẽ nec eodẽ tendit vtrunq́, neq́ via ſimili. Nam ſuadendo id agitur, vt velis: exhortãdo, vt audeas. Suaſio probationib9 docet: exhortatio ſtimulis excitat. Suaſor ſententiam mutat: exhortator animum addit. Suademus aũt errãtibus, aut certe hęſitantib9: exhortamur ceſſãtes, aut etiam iam currẽtes. Quare ſi rem ad viuũ excutiamus, exhortatio ſuaſorię epiſtolæ pars erit, nempe epilogus, qui affectibus conſtat, non argumentis. Neq́ enim ſuadenti ſat erit, quid ſit optimum factu, docuiſſe, niſi & ſtimulos ſubijciat, ne vel difficultate vel periculo deterriti, vel ignauia retardati, quod optimum eſſe viderimus, nõ ſequamur. Sed vt in ſuaſionẽ ferè ſemper incidit exhortatio, ita in hac nõ raro continget vti ſuaſione. Eſt autem vtrũq́ officioſum literarum gen9, cuiuſq́ vſus maximis minimiſq́ in rebus q̃ latiſſime pateat. Atq́ hoc maiore cura diligentiaq́ nobis erit pertractandum.

DE EXORDIO EPISTOLARVM.

SED illud vnum prius in genere ſtudioſis adoleſcentibus prȩcipiemus, vt epiſtolam ſcripturi, non ſtatim præcepta reſpiciant: aut ad libros vnde voculas ſententioláſve aliquot mutūentur, cōfugiant: ſed pri⁹ res de quibus ſcribere conſtituerint, ſolertiſſima cogitatione diſpiciāt: tum eius ad quem ſcribitur, naturam, mores, affectuſq; omnes perſpectos habeāt: quantū etiā ipſi apud eum vel gratia, vel authoritate, vel meritis denique valeant. Eq; his omnibus diligenter penſiculatis epiſtolȩ tanquā viuum exemplar ducant. Quo conſtituto, tum demum nihil equidē morabor quo minus locos aliquot ex authoribus petant vnde tum verborū optimorum, tum ſentētiarum copioſam ſupellectilē poſſint mutuari. Eaq; omnia oportebit cōmode demutata ad rem præſentem accommodare, ne veluti male aſſuta, maleq; conferruminata, hoc ipſo furtiua deprehēdantur, quòd peſſime cohȩrēt. Quin Maronis ingenium potius imitemur in alienis aſciſcendis, vt non aliunde corrogata, ſed domi noſtræ nata videantur. De exordienda epiſtola illud etiam in vniuerſum trademus, hoc in genere principij rationem eſſe minus difficilem, quàm in orationibus, propterea quòd illic ſæpe fit vt orator iudicis animum & mores penitus pernoſſe nō potuerit: & quoties apud complures cognitores agitur, hoc etiā accedit difficultatis, vt quo alius conciliatur, eo propter diuerſum ingeniū alienetur ali⁹. Atqui vni cuipiā epiſtolā mittit, nō difficulter poteſt exploratū, habere quibus ille rebus ſoleat cōmoueri: quod etiam ſi nulla interceſſit familiari-

tas, id qđ ferè fit, tamen diligenti percontatione licebit peruestigare. Quare pręter ea quę de colligenda beneuolentia, attentione, docilitate, quæq; de animorum motib9, rhetorũ literis pręcipiuntur, & ꝓprij cuiuſq; mores vel conuictu familiari, vel curioſa diligentia percepti, peculiarẽ quãdam exordiendi materiã miniſtrabunt. Porrò ſi ad parũ notũ ſcribetur, hoc cõmodior erit oratoris q̃ ſcriptoris cõditio, ꝙ illi obſeruatis iudicum vultibus, mutare quędã ex tempore: & ſi quid aliorſum q̃ expectarat, rapi viderit, corrigere dicẽdo, aut ſi præſenſerit, declinare liceat: quũ epiſtola ſemel reddita, neq; fronti legentis poſſit obſequũdare: & is q lęditur ſcriptura, ſoleat relegẽdo dolorẽ ſuũ exaſperare. cui periculo cõueniet exactiſſima cura occurrere. At quũ inter ſe norũt, nõ eſt difficilis principij cõſtituendi via, maximeq; pręterea varia. nã in actionib9 multis modis delinquitur in exordiẽdo: ſi nimiũ longo, ſi vulgato, ſi communi, ſi tranſlato. ſi altius petito procemio quis vtatur. At ea literarũ eſt libertas, vt vndelibet initium ſumere liceat, modo id ſit eiuſmodi, quod illum ad id quod pares, præparet: Veluti ſi quis pecuniam mutuã rogaturus, ſtatim in epiſtolæ initio de quopiam nunciet quod ille vel ob amorẽ nominis eius ſingularem, ſimultatem aut odium amarum cupidiſſime ſit accepturus: vel ſi qus amico quem nõ ignoret accurate ſcriptis literis ĩpenſe delectari, fallebã aliquã q̃ lepidiſſimis verbis fucatam recenſeat, deinde inter alia quædam ita de mutuãdo ſermonem interijciat, vt quouis potius quàm huc ſuperiora illa ſpectaſſe videantur: nonne alieniſſimum initium fecerit,

rit, in oratione nõ ferendũ, in epiſtola ſcitiſſimũ! Vbi illa etiã ſimulatio plurimum obtinet gratię, quando nos aliõ q̃ deſtinauerimus, dilabi, aut lõgius amore rapi fingim⁹, q̃ initio cõſtituiſſem⁹. Erit aliquoties à re media, aut omnino præpoſtere ingrediendũ, modo ita ſimulemus, non etiam obliti noſtri fluctuem⁹: eamq; ipſam erroris adumbrationem ſcito colore ad rei commoditatem torquebimus. Idq; incredibili quadã amoris magnitudinẽ dicemus accidere, qui neq; modũ mouerit, neq; ordinem. Calamum ab affectu duci: nos ibi denuo incipere, vbi deſinendum erat, ꝓpterea ꝙ dum ſcribimus, corãm cum chariſſimis hominibus ſermonẽ ſerere nobis videamur. Quare obliquo illo prooemij genere, quod Gręci ἔφοδον, Latini inſinuationem dixere, in actionibus non niſi tribus demum temporibus vtendum putant, quum aut negotij turpitudo iudicem à nobis vehemẽter abalienauit: aut qui ante dixit, admodũ perſuaſit: aut oratione nimis longa auditoris animum defatigauit. At in epiſtola, quoties videbitur, oblique ingredi licebit, & quãlibet longe repetere, & quamlibet alienum aſſumere principium, dum quacũq; via tamen ad rem conferat. Neq; hoc vt in dictionibus, ita & in literis vitioſe videbitur fieri: eo quòd illic auditor vnum quiddam expectat: ad quod dũ feſtinat, faſtidiat neceſſe eſt quicquid aliò ducere videatur. At in epiſtola quia contrà fit, id quod per diſſimulationem aſſumitur, non ingreſſus vitioſus, ſed ſeparata quædam epiſtolæ pars videbitur. Rectum vero exordiũ his omnino rationibus conſtituitur, quas in iudiciali genere tradiderunt ij qui de arte

conſcripſerunt. ſed oportebat eadē præcepta, quę illi recte ad forenſes cauſas accommodarūt, ad ꝓprietatem epiſtolarē deflectere. Alioqui quid tandē erat vel fructus, vel negotij, quæ fuiſſent à veterū ꝑmultis accuratiſſime optimeq; perſcripta, denuo vel eadem, vel deterius ſcribere? id quod ab omnibus qui de hoc genere tractauerunt, factum video. Repetunt è Cicerone, quomodo exordiēdum: quot narrationum genera: quomodo partitione conſtituenda controuerſia: quemadmodū narratione aperienda cauſa: quibus argumentis vel communienda noſtra, vel aduerſariorū̄ coarguenda: quot epilogorum ſpecies: deinde quid in compoſitione fugiendum, aut ſequendū: de ſermonis elegantia, de luminibus. ſed deum immortalem, quid hæc ꝓprie ad epiſtolam? Aut ſi maxime iſta dicenda ſunt, ita vti ſunt, quanto rectius à Cicerone petentur, aut Fabio, eloquentię fontibus, q̄ è corruptis iſtorū lacunulis? Vt omittā interim quædam etiam illic præcipi, quæ ad epiſtolam pertinere ne poſſint quidem: puta de perſona litigatoris, & oratoris: de circunſtantium pſona: de ſubijcienda re ꝓ homine: de homine ꝓ re ſubmittendo: de cōſtituenda quæſtione. Niſi forte q̄dā ex his in criminatoriā epiſtolā incidere videbuntur: ſed etiā ſi incidunt eadem, tamen incidunt aliter. Ergo ſi quādo res hortabitur, vt eius ad quē ſcribimus, beneuolentiā aut cōciliemus, ſi dubius ſit animus, aut redimamꝰ, ſi læſus: aut augeamꝰ, ſi res erit durior: aut excitemꝰ, ꝓpter diutius intermiſſam neceſſitudinis conſuetudinē: à pſonis his ferè modis fauorē captabimꝰ, ſi noſtris parentibus cum illius maioribus arctiſſimam

charitatem, copulatiſſimā conſuetudinem inter-ceſſiſſe dicemus, plurima vtrinq; extitiſſe officia: & ſi eā beneuolentiā nobis tanquam per manus & hæreditaria ſucceſſione traditamq;, nunquā ne-glectui fuiſſe dicemus. Verū amorē, quem veluti cum nutricis lacte imbibiſſemus, vnà cum ipſis annis accreuiſſe, & primū quidem fatalem potius fuiſſe, q̃ iudicio cōſtitutū: nunc cōſuetudine, offi-cijs plurimis ſic eſſe confirmatū, vt nullo prorſus caſu cōuelli poſſit. Prꝫterea quāta ſemper patris illius, aut patrui, aut matris fuerit in nos charitas aut noſtrorū in illum, & q̃ nos illos inuicem ſtu-dioſe, q̃ obſeruanter coluerimus, aut ille noſtros. Quòd ſi auitam paternamq; amicitiā, quia nulla fuerit, commemorare non licebit, dicemus eos ſo lere maiorum ſuorum neceſſitudines repetere, q ipſi nullis amicitiæ vinculis eſſent coniuncti: quē-admodū auita facinora narrāt q nihil ipſi memo-rabile geſſerint. Hanc neceſſitudinem non tanq̃ hꝫreditaria ſorte temere obueniſſe, ſed à nobis ip ſis & natam, & educatam: initio quidem, inge-niorum ſtudiorumq; ſimilitudine pueriles ani-mos mira charitate conciliante: deinde conuictu coniunctiſſimo, mutuis officijs, poſtremo mutua virtutum vtriuſq; admiratione ſic coaluiſſe, ado-leuiſſe, maturuiſſe, vt iam nihil accedere poſſe vi-deatur vel ad beneficiorum cumulū, vel ad amo-rum magnitudinem. Tum nominatim quo in lo co, & quemadmodū, quibus communib⁹ ſtudijs pueritiā, aut etiam ephebiā tranſegerimus, quas voluptates, quæ incommoda, quæ pericula cōmu niter tulerimus. Hæc omnia iucunda commemo ratione refricabimus. ſolemus enim grandes hu-

iuſmodi rerũ mutua recordatione mire delectari, & conſueuit plerunque ex his inter pueros inita beneuolentia, in ſeram uſque ſenectam multa cũ voluptate perſeuerare. Porrò ſiqua propinquitas, ſiqua affinitas intercedet, ſic natura coniunctiſſimos fuiſſe dicemus, vt longe tamen mutua charitate cõiũctiores. ſin nulla erit, affirmabimus nulla eſſe cognationis vincula, quæ noſtros animos arctius aut iucũdi9 aut etiã tenaci9 alligẽt, q̃ neceſſitudinis: ſine his cognationẽ aut affinitatẽ moleſtã quoque haberi: vbi hęc adſunt, illa nõ magnopere requiri. Nullum eſſe præſtantius firmiuſque neceſſitudinis genus, quã quod à virtute pulcherrimiſque ſtudijs ceperit initiũ. Affinitatis copulam diuortio dirimi cognatorum: charitatẽ ſimultate reſcindi: beneficijs cõflatã beneuolẽtiã, alterutri9 ingratitudine in odiũ verti ſolere: tum contractũ amorẽ temere euaneſcere: eam demum copulam quam virtutis admiratio coniunxit, quemadmodum virtutem ipſam, immortalem eſſe. Proderit & illius in nos merita cum gratitudinis ſignificatione vehementer exaggerare: noſtra viciſſim in illum, multa cũ verecũdia ac figurate ſignificare. Qui noſtri de illo ſermones, quã penitus infixa memoria: quantopere illius literis delectemur, vt illius cõmodis gloriaque magis etiã ex animo gaudeam9, q̃ noſtrapte: quódque incõmoda illius non paulo acerbius q̃ ꝓpria feramus: quantã ꝑ illius dignitate fortunaque curã ſtudiũque præſtiterim9, quam acrem contra maleuolentium improbitatẽ dimicationẽ ſuſtineamus. Poſtremo vel eruditionem vel virtutem quãpiã in eo laudemus: noſtra ſiqua erunt laude digna, verecunde commemo-

remus. A miſeratione beneuolentiã captabimus, ſi noſtrã fortunã, aut eorum quos cõmendamus, flebiliter exponem⁹. Ab aduerſariorum perſona fauorem aucupabimur, ſi quas minas, ſi qua conuitia, ſi quam contumeliam illi⁹ cauſa nos pertuliſſe narrabimus ab ijs qui & ipſum & eius nomine nos quoq; habent inuiſos. Contrà quid nos in illos aut fortiter cõtumelioſęve dixerim⁹, aut inimice fecerimus. Sed hæc ſuis in locis. A re præparatiores reddem⁹, ſi negabim⁹ vlla ex parte ad nos ptinere quo de ſcripturi ſim⁹, ad illũ magnopere: nobis illic neq; ſeri, neq; meti, niſi qđ amici chariſſimi cõmodis haud ſec⁹ atq; noſtris cõmouemur. ſi pręterea negotij magnitudine, periculo, nouitate, antiquitate, vtilitate, iucunditate, neceſſitate, aut huiuſmodi quapiã cõmẽdatione excitabim⁹. Si iubebimus animo minime oſcitanti legere, ꝑpterea ꝙ longe plus momenti ſit in re, q̃ præ ſe ferat. ſi quantopere cum nobis tum ijs quos illum plurimi facere cognouimus, curæ ſit, quantiq; referat, aperiemus. Quòd ſi res ipſa durior eſſe videbitur, blandimẽtis præleniem⁹, prudẽtiã illi⁹ obteſtabimur, vt quæ nos optimo amãtiſſimoq; ſtudio dicturi ſumus, ea pro ſua vetere mãſuetudine in optimã partẽ accipiat. Rẽ eiuſmodi negabim⁹ eſſe, cuiuſmodi primo ſtatim occurſu videatur: tũ ſi maxime dura ſit, tamẽ admonebimus quantulũ amaritudinis ſumma vtilitate compenſet. ſed hęc quoniam neq; proprie exordij ſunt, neq; in genere cõmode præcipi poſſunt, in ſuũ quæq; locum transferemus. Neq; omnino eam exordiendi formam improbauerim, quã video neotericis ſcriptorib⁹ nimio pl⁹ placuiſſe, vt

à peruetuſta quapiam ſententia factove memorabili in epiſtolam ingrediamur: Quodgen⁹ ſit, *Scio non temere ſcriptum eſſe Flacco,*
Quē cui cōmendes, etiam atq; etiā aſpice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Nec ignoro iudiciū tuū exactū, cui nō temere quiſ probatur. Sed tamen tot modis exploratū habeo huius iuuenis ingeniū, vt illū non dubitē tibi vel meo periculo cōmendare. Itē, Hercules olim aduerſus hydrā Lernæā & cancrū congreſſurus, coactus eſt alienā opē implorare, qui ſolet opitulari cæteris. Ego vnus cū tot monſtris dimicans, iiſq; ſubinde nouis exorientibus, quid faciam?

ABRVPTVM EPISTOLAE INITIVM.

SATYRICA illa, & veluti ex abrupto principij ſpecies, in iocoſis & familiaribus mire decet, qualis eſt illa Ciceronis: Ita ne præter litigatores iſtos nemo ad te venit? &, deū īmortalē, q̄d ego audio? Sic eſt inquam vt ſcribis. Sicc ine igitur veterē amiculū negligis? Ergo mutabim⁹ ſententiā, quādo tu quidē hoc tāto pere ceſes. Qui ego igr̄ tibi gratulor? Qui tu igr̄ hoc reuolas? Si iſthęc, vt ſcribis, res habet. Hui, qui te tam eſſe virum crediđiſſet? Eho: quis ais obſecro? Ringitur zoilus? Næ tu mihi album apportas nuncium. Huiuſmodi figuris id aſſequimur, vt non mutam epiſtolā epiſtolæ, ſed viuo ſermoni viuum item ſermonem referre videamur. Et quoniā vtrinq; miſſæ acceptæq; literæ mutuum alloquium imaginantur, pulcherrimū fuerit, quā rem repreſentant, eā quā appoſitiſſime adumbrare. Porrò ſolennes illas cōmendationes, quas iam ex more præſunt, aut prorſus omittēdas, aut

in epiſtolæ calcem cēſeo traducendas. Quanquā vbiuis etiam imperite videtur fieri, vt nos ipſos cuiquam cōmēdemus, ſed offerimus magis, ac dedicamus operā noſtrā. Alios commendamus, id eſt, laudamus, vt beneficio digni videantur.

DE EXHORTATORIA EPISTOLA.

QVONIAM exhortatoriū genus, quod Græci παραινετικὸν vocant, affectib⁹ ferè cōſtat, quos iuxta ſapientū multorū ſententiā natura nobis tanquā ſtimulos quoſdā ad virtutē perfectā ac pædagogos addidit, animaduerſum nobis penituſq; perſpectū eſſe debet quę ſit humani animi natura, quę varietas ingeniorum: quē quęq; res affectum pariat: quibus quiſq; rebus maxime ducatur, à quibus abhorreat. Qua quidem in parte ꝓprie facultas oratoria dominatur. sed hæc è rhetorū præceptionib⁹ haurienda. Nos tantū breuiter attingemus quantum ad huius generis epiſtolā conficiendam ſatis eſſe putabimus. Ergo ex his potiſſimum locis extimulādi animi rationes petemus: A laude, ſpe, metu, odio, amore, miſeratione, ęmulatione, expectatione, exemplis, obſecratione.

A LAVDE.

A LAVDE bifariā exhortabimur, vt tū rē ipſam laudemus, tū hominē. Re laudāda excitabim⁹, ſi piā, ſi magnificā, ſi glorioſam, ſi rarā, ſi nouā, ſi arduā, ſi hactenus intentatā dicemus. Quanquā hanc partē in ſuadēdo diligēti⁹ tractamus. Perſonæ collaudatio in exhortando plurimum habet vſus. Nā & honos vnice ṽtutē excitat, alitq;: & ita mortalium animos natura finxit, vt vix quiſq̄ adeo demiſſo

ſit pectore, quin laudibus erigatur. Quare ſtudio≈ſæ cohortationis monita, multa cum laude miſcebimus, id quod Cicero & factitat, & factũ à ſe refert: vt exhortãdi artificiũ quoddam indicare voluiſſe videatur. Ergo ab hac parte cõmouebimus, ſi antè ab eo bene geſta artificioſa laude dilatabimus: idq; tum à modo, tum à loco, à tempore: tũ à perſona, a difficultate rei: per collationem, per fictionẽ, alijſq; amplificandi modis: de quibus ſuo loco nonnihil attingemus: propterea quod quum pleriſq; in generibus plurimũ valent, tum ad hoc proprie, præcipueq; pertinent. *Si* quæ pulcherime adhuc perfecit, ab omnibus in cælũ tolli dicemus: vtque feliciter & ſtrenue cœpta, pari aut maiori etiam animi magnitudine pergat, hortabitur: nihil illius immortalitate præter extremam manũ deeſſe, eam imponere non tam eſſe arduũ & negotioſum, quã ad tuendã quę iã virtute parta ſit, gloriã neceſſariũ: vt qui eatenus omnes reliquerit, in hoc tanquã extremo actu bonus artifex ſe ipſum ſuperet. *Si* generis claritatẽ, ſi fortune ſplẽdorem, ſi nobilitatem, ſi dignitatẽ, ſi imperij pręſtantiam, ſi ingenium, ſi vires, ſi ſapientiam, ſi virtutẽ, ſi ætatem, ſi rerũ vſum extollemus: ac ne quid his indignum admittat, admonebimus. Itaq; rei dilatatę pręſtantiam cum eius virtutis amplitudine commetiemur: dicimuſque illius diuinam virtutem huic tam præclaro muneri vnam parẽ inueniri. Ac rei quidem ſecurior eſt amplificatio: perſonam vero quemadmodũ laudes, nõnihil refert. Sũt enim alij paulo inaniores, qui laudem etiam apertiorẽ facile cognoſcunt. Eſt aliud moroſiore natura, cui male ſi palpere, recalcitrat vndiq;

tut⁹. Quare illi plenius, hic laudandus figuratius. Tantū ad mores attinet. Neq; nihil in ætate diſcriminis. Siquidē iuuentus quoniam & ætatis vitio, & rerū imperitia tumet, apertiore laude, tanquā applauſu clariore, chriſtas attollit: & ſenect⁹ decrepita ob deficientis ætatis infirmitatem, laudationē libenter accipit. At matura illa & virilis ætas quo magis ſuis cōfidit viribus, quòq; longius vel à puerorum ineptia, vel à ſenum deliramētis abeſt, eo tectius minuſque ſcenice laudari debebit. Ergo apud viros natura ſeueriores, laudādi inanitatem figuris obtexere conueniet: vt aut occupatione laudem diſſimulemus, aut cōtrario ductu orationis tāquā obiurgantes maiore fide laudemus: aut in alteram quempiam perſonam laudationem eam traſferamus: quouis demum artificio apertum Gnatoniſmum effugiamus.

A SPE, ET METV.

PERACRE res vtraq; calcar habet tum ad excitandos animos mortaliū, tum ad ſuſtinendos, ne rerū magnitudine defatigentur, ſpes pręmiorum, & incōmodorū met⁹: quorū alterius quidē in adhortando propriæ ſunt partes, alterius in deterrendo. Vtrunq; in genere deliberatiuo late tractatur: hoc in genere eatenus adhibetur, vt tanquam ſuaſorio epilogo, commodorum incommodorumq; ſummam, breuiter, & non ſine amplificationibus, tāquam in cōſpectu ponamus. immortalitatem, beatitudinem, dec⁹, gloriam, honores, opes, voluptates, trāquillitatē, aut aliud emolumentū: diuerſa ex parte inferos, æternos cruciatus, turpitudinem, ignauiam, egeſtatem, dolores, tumult⁹. Quòd ſi vtriſq; partib⁹

vno in genera, id quod plerunq; fit, vtemur: per Antitheſin cõmoda dilatata cum incõmodis itẽ exaggeratis conferre oportebit. Et quibus queq; rebus maxime duci ſenſerimus, eas res ſtudioſius ampliatas, frequenti⁹ ingeremus, puta ambitioſo honores, auaro emolumẽtum, ſeni vitæ trãquillitatem. Itemq; de reliquis contra, vt quicq; maxime inuiſum eſſe cognouerimus, ita quàm atrociſſime ac creberrime proponendũ. Deinde laborẽ quo vel tanta cõmoda petũtur, vel incõmoda vitantur, per depreſſionem oportebit extenuare, ac poſtea per contentionem componere.

AB AMORE, ODIO, MISERATIONE.

VEHEMENTER cõmouerimus, ſi eorũ quorum nomine pericula ſubeuntur, charitatẽ cõmemoratione renouabimus, & artificio alleuabimus: vt in patriam, parẽtes, in liberos à natura inſitam pietatem: in benemeritos amorem: in amicos neceſſitudinem: in præſtãtes virtute viros obſeruãtiam. Rurſus ſi odium & atrocitatẽ in eos contra quos dimicatio ſuſcipitur, quã grauiſſime exaggerabim⁹. Neq; enim amãti ſolum, quod antiquitus dictũ eſt, nihil eſt difficile, verum idem & odium præſtat. Quare vtrunque calcar admouebimus, & hinc amicorum gratiam, hinc amicorum atrocitatẽ cornibus aduerſis conſeremus: vt pro ſanctiſſima CHRISTI religione contra teterrimam Turcarum ſupeſtitionem: pro coniugibus, pro liberis, contra nepharios parricidas: pro fideliſſimis ſocijs, contrà crudeliſſimos hoſtes: pro clariſſimo honeſtiſſimoq; amico, cõtra maledicentiſſimum ſycophantã. Idẽ

& iiſdem rationib⁹ efficiet commiſeratio. Si amicorum ſolitudinem, inopiam, luctū, ſqualorem: è regione inimicorum potētiam, ferociam, audaciam, inſolentiā proferemus. Sed hos affect⁹ quēadmodū oporteat ſuſcitare, & augere ſuſcitatos, à Fabio pleniſſime traditū eſt in exordij & concluſionis præceptis. Hoc tantū à nobis admonebitur, grauiſſimos animi motus excitaturū, qui cō ſequentis temporis imaginem graphice repræſentabit: quantum commodorum ſequatur ſi res bene geratur: ſin contrà, quātum malorum. Et qui per proſopopœiam rebus ipſis vocē dabit, vti patriæ, religioni, templis, mœnib⁹, ſepulchris, manibus è monumēto excitis: hiſq; affectus, & ſermonem conuenientem ac decorum accōmodeueris.

AB AEMVLATIONE.

HIC locus ab inuidia ſumitur, non illa ignaua & execrata, quæ quum ipſa nihil præclari machinetur, alienis tamen virtutib⁹ vritur: ſed illa generoſa, quàm animis noſtris inſeuit natura prudens, vt æmulatione cōtrà certantiū tanquā acerrimis quibuſdā ſtimulis incitaremur ad fortiter agendum: quæ nobis perſuaſit glorioſum eſſe, & quantiſuis periculis redimēdū quā plurimos præcedere: contrà turpiſſimum, & quauis mercede fugiendū, in ſimili certamine poſteriores tuliſſe. Verū non ſimplex eſt ab æmulatione exhortandi ratio. Vtrinque enim accreſcēt animi, ſi æmulorū virtutē, gloriā, ſtudium, conatum, opes, improbitatē, cum amplificatione ante oculos ponemus. Sed cauendū obiter, ne contrà certantium laudē vſque adeo exaggeremus, vt eius animū quē erigere conamur, in deſpera-

tionẽ abijciam⁹. Vnde cõminiſci quippiã oportebit vt æmulos vel fortunæ vi, vel hui⁹ lentitudine nõnihil prẹteriſſe dicam⁹, haud virtute: eóq; acrius annitendum, vt id diſpondij quod fortunę culpa ſit acceptum, ſtudio noſtro ſarciam⁹: & pudorem quem negligentia cõtraximus, vincamus induſtria. ſiue eorumdem ignauiã, inſcitiã, infirmitatem, inopiam per eliuationem proferemus, hac quidem modaratiõe, ne quem hortamur, ad ſecuritatem & oſcitationẽ trahamus. In ſuperiori modo erectior redditur vbi intelliget tãto glorioſiorem futuram victoriam, quãto virtute gloriáq; præcelluerint ij quibus cum certatum eſt: quum ab egregijs viris vel ſuperari nõ indecorũ haberi ſoleat. In altero ſic facilem eſſe victoriam oſtendemus, vt tamen haud negligẽdam arbitremur. incertos eſſe rerum humanarũ exit⁹, & multo magis pudẽdum eſſe, ab ignauis æmulis ſuperari. Hortabimurq; vt iam nõ cum illis quos longo interuallo poſt ſe reliquerit, ſed ipſi ſecũ certamen eſſe putet.

AB EXPECTATIONE DVPLICI.

EXPECTATIO quidẽ geminũ habet calcar. nã haud mediocrẽ iniecerimus ſolicitudinẽ, ſi quanta ſit omnium amicorũ & beneuolentium publica priuatáq; de illius virtute expectatio, nominatim quantum ſibi promiſerint ij quorum ille iudicium & autoritatem plurimi facere videbitur, quorumque cauſa facturus omnia putabitur, oſtendemus non illi⁹ vnius intereſſe, ſed omnium neceſſariorũ: ſed poſterorũ, in quos ea ſit gloria trãſfundenda. Expectationẽ quam maxime probabilem efficiemus à generis

nobilitate, ab indole palàm ſpectata, ab educatione, à loci celebritate, ab antè actis, & antè dictis, ab ominibus, ſomnijs, & vaticinijs, atq; alijs item id genus circunſtantijs.

AB INIMICORVM EXPECTATIONE.

DIVERSO maleuolētiū & inuidorum e expectationē & ſtudia peruerſa atrociter exaggerabimus: è quibus nominatim referre quoſdā fuerit efficaciſſimū, quos illi prçter cçteros inuiſos atq; īfeſtos nouim⁹: & quid quiſq; aut inuide dixerit, aut inimice fecerit, referre. Horum omniū qui nunc præſenti gloria ei⁹ vrūtur, ſi, quod ipſi vix auſint ſibi promittere, res parum feliciter euenerit: quàm inſolens ſit futurum gaudium, quanta in bene cupientes inſultatio, q̄ ſcommata, qui riſus, quāta ferocitas, deſcriptione ante oculos ponemus. Ita eius vnius virtutem in editiſſimo frequētiſſimoq; theatro omnium oculis expoſitam: vnde neceſſe ſit aut cū ſumma beneuolentium gratulatione & plauſu recedere, aut inuidentiſſimorum hominum ſibilis cū ſummo noſtro noſtrorumq; pudore exigi atq; explodi.

A B EXEMPLIS.

AM nulla perinde re ad virtutē inflāme i ſcim⁹, vt eorū quos admiramur exēplis maximeq; illuſtribus, peruetuſtis, ac domeſticis. Illa enim authoritate, hæc affectu cōmēdātur, propterea quòd priſcorū virtutes, quoniā ab iuidia lōge abſūt, & audit quiſq; libēter, & miratur impēſi⁹: & natura fit, vt quiſq; finitimis exemplis acrius tāgatur, veluti maiorū noſtrorum, affiniū, præceptorū, & eorū quibus cū nobis vel

patria,vel ordo,vel profeſſio communis ſit.

EXEMPLA QVOMODO TRA-
CTANDA.

IN HIS ergo tractãdis vt ſumma eſt vtilitas,ita ſtudij curęq; plurimum erit adhibendum. Primo quos proponem9 imitãdos,eorũ vocabula cum laude ſtatim aliqua & honorifica præfatione proferemus,hũc ad modum: Socrates vir bonus diuino teſtimonio ſapiẽs iudicatus. Perſpexit hoc Plato philoſophiæ parens. Egregie Phocyon Grecorũ lõge icorruptiſſim9. Vidit hoc Alexãder ille Macedo, vir gloriæ nat9. Dauid, de quo dubites vtrũ rex glorioſior, an propheta ſanxior. Præſtãti vir animo Camillus. Imperio & triũphis genitus Scipio. Nunq̃ ſatis laudatus Aemili9. Oportebit autẽ huiuſmodi præfatiunculas ad rem eſſe accõmodas. Etiam ſi quæcunq; laus exempli authoritatem adiuuat, tamen alienìorẽ adhibere, infantis eſt hominis: vt ſi quis cum vnde fortiter dicendi duxerit exẽplum, diuitem appellaret, aut ſtudioſum.

DE CONTRARIIS EXEMPLIS.

DIVERSVM in cõtrarijs exẽplis fieri cõuenit. vt, Quæ poſteritas Dionyſij ſacrilegi tyrãni nomẽ nõ execrabitur? Nobilitat9 crudelitate Nero. Sardanapalus vir muliere corruptior. Cleopatra regina meretrix. Catilina ĩpijſſim9 patriæ proditor. Sibi felix, patriæ funeſtus L. Sylla. Nam huiuſmodi exemplorũ nõ in dehortãdo modo, verũ & in exhortando freques eſt vſus, propterea q; quemadmodũ virtutis imagine allicimur, ita vitiorum ſimulacris ad honeſti amorẽ accendimur. Neq; raro vſu venit vt eadẽ

opera pariter & abhortemur, & deterream⁹, veluti qui ad capeſcendam Rẽpu. exhortetur, idem vtiq; a priuato otio deterreat.

DE INAEQVALITATE EXEMPLORVM.

Et QVONIAM exẽplorũ multa varietas eſt, nã alia ex parte, alia in totum ſimilia, aut diſſimilia, alia cõtraria, alia maiora, minora, paria: oſtendit in Topicis Cicero ad exhortandũ efficaciora eſſe inæqualia. Quod ego quidẽ in hũc accipio ſenſum, vt ſemper à maiore ad minus deſcendat exhortatio. Nã etiam ſi aut perſona, aut res minor eſſe videatur, tamen cõplexus rerum & verborum facit vt mai⁹ ſit quod aſſumitur. Exempli cauſa, ſi propter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt? Hoc Fabius recte putat à maiore ad min⁹. Illud huic aduerſum exiſtimat, Tibicines quum ab vrbe diſceſſiſſent, publicæ reuocati ſunt. quanto magis principes ciuitatis viri, & de Repub. bene meriti, cum inuidiæ ceſſerint, ab exilio reducẽdi? At hic, tametſi tibicinum perſona ſit principum conditione inferior, tamẽ hoc ipſum, tibicines fuiſſe publice reuocatos, maius eſt, ob complexum, q̃ ſi principes ab exilio reducãtur. Quòd ſi hic intellectus nõ placet, qui mea quidem ſententia veriſſimus eſt: negationẽ obſeruemus neceſſe eſt. id quod a neotericis dialecticis vtcunq; præcipitur. Sed hæc inæqualitas erit per collationẽ aperienda, quæ ferè exemplis ſubijci cõſueuit. Infinitum vero traditu, vnde ea ducatur. Nam nõ modo ab vna qualibet circuſtantiarum, ſed etiam ab alijs quibuſlibet differentijs ſumitur. Omnia tamẽ ad

perſonā & rem referūtur. A perſona, ad hūc quidē modum: Formica brutum & minutum inſectum, & vix animal, hyberno victui æſtate cōſulit: & homo ſenectę non proſpiciet in adoleſcentia? Hoc auſa eſt mulier, quid te virum oportet? Hoc virguncula intellexit, te anū quid par eſt ſapere? Ille ethnic9, tu Chriſtianus. Ille barbar9, tu Roman9. Ille prophan9, tu ſacris initiat9. Ille priuat9, tu magiſtratus. Ille tribunus militū tantū, tu cōſul. Ille tyrānus, tu philoſophus. Ille obſcurus, tu patricius. Alien9 ille, tu patruus. Ille omnis expers doctrinæ, tu à puero philoſophiæ rationib9 optimis inſtitutus. Rudis ille, tu multo rerū vſu exercitatus. A re autē hoc pacto: Vitā ille cōtempſit, tu voluptatē nō contēnes? Vt corpus valeat, ferrū patieris & ignes: & vt animo valeas, ſalutarē obiurgationē nō feres? Opes caducę & ſordidę per tāta pericula petuntur: & a ſapientia quiduis incommodi deterret? Vnus ille, nos multi nō idē faciem9? Ille inermis, imparat9, Vos inſtructi. Regnum ille ſperabat, tibi immortalitas certa propoſita. Toties ille, tu ſemel. Ille in tāta rerū difficultate, tibi omnia expedita. A perſona & à re pariter: Puella vitā pro nihilo habuit: tu vir, & vir eruditus, voluptatulas neſcio quas nō quibis contemnere? Erit hoc artis, quę natura paria ſunt, ea dicendo imparia facere, & artificioſa collatione altera exaggerare, deprimere altera.

DE VARIETATE ET ORDINE EXEMPLORVM.

QVANQVAM autem appellatione propria id demū exemplum dicimus, quum res geſta, aut perinde vt geſta, exhortan-

di cauſa ꝓponitur, tamen illuſtriũ virorũ grauiter dicta, philoſophorum paradoxa, poëtarũ figmenta, authorũ nobilium ſententias, parœmias vulgo receptas, allegorias, parabolas, breuiter quicquid ſimilitudinibus eſt affine, id exẽpli vim habet, & à Fabio huic generi ſubijcit. Neq; primũ illud genus quod retulimus, ſimplex eſt. Nã quędã ab inanimis ducuntur, vti: Sol Chriſto moriẽte luxit. quid hominẽ oportet facere? Saxa mors illius ſcindere potuit, humanam mentem non ꝑmolliet? Orbes cęleſtes perpetua vertigine parent imperatori deo: nec vllum ſydus è tot ſtellarum milibus ordinem deſerit, aut in officio ceſſat: & mortales quid facere par eſt? A mutis rebus. Tigris ꝓ catulis præceps ſæuit in prædonem: & ꝓ liberis cõiugeq; chariſſima virum fortem quid facere oportet? Leo in victos & abiectos non ſęuit, & nõ idem faciet imperator? Apis non ſolum mutum, verum etiã exiguum animal, in commune laborat: & homines Rempublicã negligũt? Elephantus numen agnoſcit: & negligunt mortales? Quęcũq; autẽ ab inanimis ducunt & mutis, imparia ferê ſunt. Siquidẽ vt ſimilia, nõ vt paria ꝓponunt: ſicut & illa quæ à ſpiritualibus trahunt: quod genus eſt: Cacodęmones credũt, & contremiſcũt. quo magis oportet hominẽ ĩmortale numen vereri? Cæleſtes illę mentes, & immortales, nocturni diurniq; vitæ noſtræ cuſtodes, ꝑpetuo nobiſcum obambulant. quanto ſtudio par eſt nos ipſos ꝓ noſtra ſalute vigilare? Deus ipſe, cui liberũ eſt diffingere pro arbitratu, quod arbitrio ſuo finxit: ad vlciſcendos ſontes lentiſſimus, ad ignoſcendum prõptiſſimus eſt: & regẽ mortalem cu-

iuſmodi eſſe conuenit? Iam quæ ab hominibus ad homines tranferũtur, ea tribus modis imparia fieri oſtendimus, à perſona, à negotio, ab vtroq;. Ergo vt primi generis exempla copioſe ſuppetant, omnium rerum, maximeq; inſignium naturę vires, miracula, & ex authorũ monumentis, & noſtrapte obſeruatione comparata eſſe debent: fontium, fluminum, mariũ, montiũ, gemmarũ, arborum, hęrbarũ, florũ: atq; ex his quàm plurimæ ſimilitudines iam præparatæ, atq; repoſitæ: vt ſiquando vſus fuerit, velut è ꝓximo depromãtur. Secundi vero generis diuitem ſupellectilem accumulauerimus, ſi quæ veterum erudita curioſitas de volatilium, de quadrupedũ, de ferarũ, de ſerpẽtium, inſectorũ, piſciũ ingenijs memoriæ prodidit, quæq; quotidie mortaliũ experientia deprehendit, earum omnium q̃ denſiſſimam multitudinem in memoria tanquã in procinctu paratam habeamus: maximę ſiqua ſunt quæ à certis authoribus prodigioſe facta referuntur: quod genus eſt illud de Delphino amatore, & puero adamato, apud Aulum Gellium: & de dracone qui nutricium ſuum iam à latronibus in ſylua iugulandum ſeruauit: deq; leone qui hoſpiti ob os exemptum gratiã venatũ aggerendo retulit: & de Arione ac Delphino: cuiuſmodi ꝑmulta à Plinio referũtur: quorum & in inanimis nõnullus eſt vſus. Verum hæc quoniã ad fabularum ſpeciem proxime accedunt, authoritas erit grauitate, & multitudine, tũ etiã ſermonis commoditate fulcienda, deniq; pręfatiunculis etiã munienda. Porrò eorum quæ ab humana perſona ducuntur, minime frugalẽ, maximeq; variã copiam conflare oportebit tũm ex

priſcis hiſtorijs,atq; annalibus:tũ ex ijs quæ noſtra ferè memoria geſta memorantur: eaq; cũ ſit expeditior,magiſq; ad manũ copia,de quaq; virtute,de quoq; vitio,de quaq; re illuſtri aliquot exẽpla ſunt ediſcẽda, aut præmeditanda, neq; id ab vnico hiſtorico,aut vnica gente,ſed à Græcis,Latinis,Hebræiſq; ſcriptoribus omnibus:ex ijs quę apud Aegyptios memorabiliter ſunt acta, quæ apud Lacedæmonios,quæ apud Lucanos,q̃ apud Atticos,quę apud Syros,quę apud Perſas, apud Romanos,apud Gallos, apud Britannos,apud Iudęos,apud Scythas. Nam habet ſua quæq; gẽs miracula,ſuos ritus,ſua quędã inſtituta. Narrant hodieq; nautę,& negotiatores, qui pomnes terras ac maria quęrẽdę ſtudio rei circũuolitãt,quędã non minus ꝓdigioſa,q̃ priſca vetuſtas finxiſſe creditur. Horũ omniũ duplex eſſe ordo poterit,vt ad efficaciora ſenſim increſcat feries:qui quidem non tam eſt vulgatus,q̃ vtilis:aut vt ab antiquiſſimis maximéq; externis per gradus ad noſtratia & ꝓxima demũ veniamus, vt ab Aegyptijs Phrygijſq; ad Perſica:à Perſicis, à Syricis,. Lacedęmonijs, ad Græca:à Græcis ad Hebræa: ab his ad Romana:.à Romanis ad Barbara : ab Ethnicis ad Chriſtiana:à peregrinis ad noſtratia: tũ à veterib⁹ ad recẽtiora:ab ijs ad ea quæ noſtra ſunt geſta memoria,deſcẽdamus:à quibus ad gẽtilitia, poſtremo ad domeſtica perueniam us.

DE FABVLOSIS EXEMPLIS.

PROXIMAE ſunt huic generi veterum poëtarũ fabulæ,& ꝓphetarũ allegoriæ. Sed fabularũ hic erit vſus, vt aut fabulas eſſe negem⁹:fuiſſe antiq̃t⁹ ꝓmulta & his ĩcre

dibiliora, quę tamē à certiſſimis authoribus ſint
literis ꝑdita: aut poëtæ laudē pręfati, quid ſibi eru
diſſimi prudētiſſimiꝗ homines eiuſmodi figmē-
tis voluerint, probabiliter aperiemus, hoc pacto:
Nimirū hoc ſentiebat diuina mens Homeri, nō
poëſeos modo, ſed omnis etiā philoſophię parē-
tis, quum & in Iliade Vlyſſem pleriſꝗ belli ne-
gotijs admiſceret, & in Odyſſea tot caſibus alte-
rū decēniū fecerit iactari: arduū, perꝗ duriſſimos
labores eſſe ṽtutis iter. Neꝗ temere ꝑfecto: ne-
ꝗ aniliter erudita finxit antiquitas Herculē tam
multis exantlatis laboribus conſumpto igni cor-
pore in deorū contuberniū fuiſſe relatū. Id enim
erat priſcis illis ſapientib⁹ inſtitutū, ſanctiſſima
philoſophiæ myſteria, ne paſſim euulgarentur,
huiuſmodi doctis fabellis obtexere. Significauit
autem immortalitatem non contingere niſi ijs q
ppetuam ætatem honeſtis laboribus exegiſſent,
& inexhauſto virtutis ardore cum omnium vi-
tiorū mōſtris indefatigati bellum geſſiſſent. ſub
hoc genere & myſticos veterum ſacrorum rit⁹,
ſuperſtitioſaſꝗ nationum priſcarum ceremonias
complectimur, in primiſꝗ Hebraicarum litera-
rum myſteria: in quibus quidem interpretandis
vtinam tam eſſemus circumſpecti, q̃ ſumus fre-
quentes & audaculi. Mirabor enim ſi quiſquā illa
ſcite interpretabitur omnis antiquitatis ignarus,
ita vt ferè ſunt iſti qui tantum ṽſant in plus q̃
mutis literis, ac ſpinoſis quęſtiunculis. Eodem re-
ferenda ſunt (nam eundem habent vſum) quæ à
tragicis comiciſꝗ perſonis mutuamur, & eorum
qui in dialogis: & item hiſtorijs, non ad fidem
rei geſtæ, ſed ad imitationem compoſitis indu-

cũtur. Huc quoq; pertinere Fabius autumat apologos Aeſopicos,& Aniani,quos ille λόγους μυθικοὺς, id eſt ſermones fabuloſos appellat. His enim vehemẽter duci animos, pręcipue ſimplices & imperitos:cum tantum valuerit ille Menenij Agrippæ de mẽbris humanis aduerſus ventrem coniuratis ſermo, vt grauiter iritatã plebem patribus reconciliarit. Quòd ſi quẽ deterreas ne cũ potentiore contẽdat,miros habebit ſtimulos apologus Horatianus de rana ſeſe inflante. Neq; leuiter interdum mouent excellentium virorũ dicta,itidem vt facta: qualia nonnulla Plutarchus collegit:& veterum ſapientũ paradoxa,vt, Rex eſt qui metuit nihil. Et poëtarum & illuſtriũ ſcriptorum inſignes ſententiæ,vt Enniana illa: Fortes fortuna adiuuat. Et Vergiliana:

Nate dea, quò fata trahũt,retrahũtq;, ſequamur.
Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

Aut vulgo receptæ,quas adagia nominant. Sunt & à nobis animoſæ quædam & plenæ ſpiritus fingẽdę,vt: Viri eſt aut fortiter interire, aut vincere. Non moritur,quiſquis ꝑ patria mortẽ oppetit. Vt palma cõtra impoſitum onus, ita maſcul9 animus contra fortunę difficultatem debet erigi, vltroq; inſurgere. Virtus duris laboribus paſcitur, non frangitur. Viri nihil habet,qui glorioſo labori vllã voluptatem anteponit. Inductiones autem Socraticæ,quas ἐισαγωγὰς vocant, non tam ad excitandum valent, quàm ad perſuadendum,etiam ſi ad vtrunq; ſunt non inefficaces. Horum omnium miſcellaneam quandam agemus, quõ varia magis ſit oratio.

DE OBTESTATIONE.

EXHORTANDI locos ceu fontes ferè omnes aperuimus. Quòd ſi quis epilogũ etiã parçneticũ quẽdã reqret, is nõ incõmode p obteſtationẽ ſumit: vt ſi eũ per inclytas maiorũ imagines, quibus plus lucis attulerit, quàm acceperit: per egregia gentis decora, q̃ ſua virtute non mediocriter illuſtrauerit: p gloriam bene geſtis partam: per egregia facinora, quibus quotidie ſeipſum vincat: per immortale nomen, cuius iam æterna iacta ſunt fundamenta: per feliciſſimã indolem: per ingenium immortalitati & pulcherrimis rebus natum: p incredibilem ſapientiam, prudentiam ſingularem, doctrinam raram, animi magnitudinem propè diuinam, virtutem abſolutam, à qua nihil ſit tam arduum qđ aut p̃ſtari non queat, aut non ab omnibus expectet: p maiorum manes, qui ſe à ſua poſteritate benefactorum gloria ſuperari gaudeant: per liberorum & nepotum pietatem, ad quos decus hoc vnà cũ patrimonio ſit hæreditaria traditione tranſiturũ: per amicorum & beneuolentium vota: per inuidorum ſtudia: per odia execrata maleuolentium, quos optime ſic demum vlturus ſit, ſi inuidentiſſimas aures illorum, & oculos, virtutum ſplendore, & pulcherrimis rumoribus perſtringat atque obruat: obteſtabimur atque obſecrabimus vt ſe digna velit & audeat.

DE LENIENDA EXHORTATIONE.

VERUM ſiquãdo periculum eſſe iudicabim⁹ ne quid offendat vehemẽs & importunior exhortatio: nã habet hęc neſcio q̃d monẽtis, p̃cipiẽtiſq;, aut etiã diffidentis:

& quorundã ingeniorũ ea eſt inſolentia, & ſecuritas ſui, vt ne moneri quidẽ patiantur. Id igitur vbi metuemus, multis rationibus exortatiõis moleſtiam leniemus: vt aut negem⁹ nos oratione noſtra languentẽ velle accendere, ſed currentẽ incitare: ac ne incitare quidẽ vt ea gerat quæ iã dudum ſua ſponte facit: ſed nos ꝓ noſtro ſingulari in illũ ſtudio ita gerenti gratulari: orabimusq́ vt importunitati noſtræ det veniã, quæ non aliũde proficiſcatur, quàm ab immodico quodam gloriæ illius ſtudio. Nihil eſſe tam magnificum, quod illius v̄tus non ſit abunde præſtatura: ſed tamen qui ex certaminibus ſpectant, tãetſi nihil opus eſſe ſciũt, tamen nõ poſſunt nõ applaudere cui valde fauẽt: quumq́ his qui certat, ſuæ v̄tutis ꝓbè cõſcius, ſecurus ſit ab animo, tamen fautor ille ſecurus eſſe nõ poteſt, donec certã victoriã viderit. Aut lõge aliud à nobis inſtitutũ fuiſſe ſimulabimus, ſed p̄ter cõſiliũ huc calamũ eſſe delapſum, trãſuerſum ſcilicet, agẽte nos incredibili quodã amore, vt eũ exhortaremur, qui non tã calcaribus egeat, q̃ freno. Deniq́ v̄tuti eius omnia ſecunda p̄cabimur.

QVIS HVIC GENERI CHARACTER PROPRIE CONVENIAT?

EX MVLTIS ſtyli generib⁹ graue illud & acre atq́ ardẽs & ĩcitatũ exhortatiõi præcipue cõuenit. Nã florida, concinna, ac feſtiua, alibi gratiã habent: hic maſculus, &, vt ita dicã, robuſtus debet eſſe character, ampli⁹, & neruoſus. Grauitas autẽ eſt quã δείνωσιν Fabius nominat, eamq́ inter præcipuas orationis v̄tutes ponit. Sed in ijs quę ad cõcitandos affectus potiſſimum valent, his ferè rationibus conſtare vide-

tur, rebus, verbis, amplificatione, figuris, & compoſitione. Rebus grauitatem cōſequemur, ſi quā optimis ſententijs, ē ſublimibus, grauibus, ac magni nominis, & peruetuſtis authoribus petitis: ſi exēplis exquiſitiſſimis, ſi priſcis, ſi illuſtribus, ſi neutiquam vulgaribus vtemur. Verbis rerū grauitatem augebimus, ſi voces ſonātiſſimas, ſi amplas, ſi quā maxime grauiter trāſlatas, ſi ſignificātes deligemus. Sonātes, vt: Bellicos tumult⁹ diuina propè virtute ꝓfligaſti. Amplas: Immortalia virtutum tuarū monimēta, nulla vnquā ſeculorū ſeries obliterabit. Significantia, vt

Fratrem ne deſere frater.

Egregiam vero laudē, & ſpolia ampla refertis,
Vna dolo diuum ſi fœmina victa duorum eſt.

Hanc virtutē ſermonis Fabius energiā appellat: quod nos actionē aut efficaciā vertere poſſumus. Ea præſtat, ne quod verbū tota oratione ſit otioſum, quemadmodū in hoc carmine Vergiliano:

Tū ne in triuijs indocte ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?

Nā in poſteriore verſiculo ſingulæ quæꝗ voces nouū pondus addunt. Hoc modo grauitatis laudē aſſequemur, ſi ſermonē perpetuū argumentis amplificationibúſꝗ infarciemus, eáſque ſingulis vocibus includemus. Augent orationē & epitheta, id eſt, appoſita, maximēꝗ tranſlata, vt cruentis manibus, ſacratiſſimū deorū &c. Huius tamē modū requirit Fabius: & otioſa ſunt vitanda, quibus ad voluptatē, non ad vſum vtuntur poëtæ.

DE AMPLIFICATIONE.

IN AFFECTIBVS autē ꝓmouēdis, præcipue, atꝗ adeo ꝓpè ſola dominatur āplifi-

catio:cuius quidē vis omnis in alleuādo deprimē-doq; cōſiſtit. Ea ſumitur à circūſtantijs omnibus, à quib⁹ & probationes ducuntur. His autē ratio-nibus licebit amplificare. Primum guidē cōmu-tato rei nomine: vt ſi, qui cæſus ſit, eum dicamus occiſum: & qui ſit improbus, eum latronē nomi-nemus. Si quod nobis moleſtū eſt, id enecare, aut ad reſtim adigere dicemus. Contráq;, ſi qui pul-ſarit hominē, attigiſſe: qui vulnerarit, læſiſſe dice-tur. Si ipudica quę ſit, meretrix: ſi audacul⁹, gla-diator nominabitur. Alter eſt mod⁹ nihil à ſupe-riore diuerſus: niſi quód illic ſola ponūtur q̄ am-plificant, hic per collationem efferuntur etiam il-la quæ recta erant, vt magis emineat atq; incre-ſcat āplificatio. Quod gen⁹ eſt Ciceronis in Ver-rem: Non enim furem, ſed raptorem: non adulte-rum, ſed expugnatorem pudicitię: non ſacrilegū, ſed hoſtem ſacrorum, religionūmq;: non ſicariū, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium ſociorūque in veſtrū iudicium adduximus. Tertius amplifi-candi modus incrementum vocatur: quū nō ſta-tim quod eſt attrociſſimum ponim⁹, ſed per gra-dus plures aut etiam vnum peruenitur interdum ad ſummum, interdum ad id quod ſupra ſummū eſt quodāmodo. Sic oratio increuit Ciceroni: Faci n⁹ eſt, vincire ciuem Romanum: ſcelus, verbera-re: parricidium, necare: quid dicam in crucē tol-lere? Hic vltra ſummum peruentum eſt. Ad ſum-mum ſic: Matrem tuam cæcidiſti. quid dicā am-plius? occidiſti. Increſcit & citra diſtictionem o-ratio, dum curſu quodam grauius grauiuſq; ſem-per aliquid inſequitur: vt, pecuniam, honores, re-gnum, vitam denique patriæ charitate contem-

pſit. & de vomitu Antonij: In cœtu vero populi Romani, negotiũ publicũ gerens, magiſter equitum. Eſt & hoc incrementi genus, quum tãquam per fictionem inferiora quæ ſunt augem⁹, vt illa maiora videantur: vt, Hanc rem tam æquã ſi qui libet ignotus abs te peteret, tamẽ ignoto recuſare non debebas. nunc orat pater, & pater ſic merit⁹. Si tãtis officijs nullã gratiam repoſuiſſes, ingratiſſimus eras. nũc pro ſummo beneficio maleficium ſummum retuliſti. Si liberorum & cõiugũ ſalus defendenda tantum eſſet, tamen nullũ erat periculũ nõ ſubeuudũ. nunc pro totius Chriſtiani orbis incolumitate, dignitate, capiuntur arma. Confine eſt huic, quum id quod tanquã exempli cauſa propoſitũ eſt, augemus, eóq; aliud maius etiam eſſe oſtendimus: vti Cicero mulieris facin⁹ quod medicamẽtis partũ abegiſſet, exaggerat: ac meritò rei capitalis dannatã dicit, quæ quidẽ ſpẽ parẽtis, memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ, deſignatum Reip. ciuem ſuſtuliſſet. Deinde Oppianici culpã, cuius par noxa videbatur, hunc ad modum exaggerat per collationẽ: Quanto eſt Oppianicus in eadẽ iniuria maiore ſupplicio dignus? Siquidem illa quũ ſuo corpori vim attuliſſet, ſeipſam cruciauit. Hic autem idem effecit per alieni corporis vim atque cruciatũ. Grauius auget illud comparationis gen⁹, quũ vtrinq; plura pluribus reddũtur: quod genus eſt illud M. Tul. in Catil. An vero vir ampliſſim⁹ P. Scipio pontifex maximus, T. Gracchũ mediocriter labefactantem ſtatum Reipublicę priuat⁹ interfecit, Catilinam orbem terræ cæde atque incẽdio vaſtare cupientem, nos conſules perferemus?

Hic & Catilina Graccho, adoleſcẽs perditus viro ornatiſſimo, & ſtat⁹ Reipub. orbi terrarũ, & mediocris labefactatio cędi atq; incẽdijs & vaſtationi, & priuatus conſulibus cõparatur. Per ratiocinationẽ ampliam⁹, quum alibi ſit, alibi valet amplificatio. id quod non ſimpliciter accidit. Amplificantur enim & ex antecedentibus conſequẽtia, & ex conſequentibus antecedẽtia. Prioris exemplum hoc erit:

Ille cauum conuerſa cuſpide montem
Impulit in latus: ac venti velut agmine facto
Quà data porta, ruunt.

Ex his ſic amplificatis apparet quanta ſit tempeſtas cõſequutura. Et Chriſtiani iudicij ſupmi horrorem exaggeramus ãplificatis his monſtris quę ferũtur anteceſſura. Poſterioris erit illud Cic. in Antonij vomitũ, quem tantũ ait vini in Hippiæ nupſijs hauſiſſe, vt poſtridie cogeretur in conſpectu populi Romani vomere, & fruſtis eſculentis ſubſellia complere. Mire ſignificauit quanta præceſſerit ingurgitatio, quũ eo in loco vomeret neque caſu, neq; volens, ſed neceſſitate: neq; recens, vt fere ſolet, cibus refunderetur, ſed qui in poſterum vſq; diẽ redundaſſet. Eſt alia huius generis ſpecies, quum aut ea quę per ſe grauiſſima ſunt, cõſulto deprimimus, quò magis magiſq; attolãtur quæ ſequutura ſunt: aut diuerſa attollimus, vt augeamus ea quæ pręferuntur. Prioris exemplũ erit illud in Verrẽ: Leuia ſunt hęc in hoc reo. Metum virgarum Nouarchus nobiliſſimæ ciuitatis prætio redemit: humanum eſt. Alius ne ſecuri feriretur, pecuniam dedit: vſitatum eſt. Ex ijs quæ grauiſſima nõ videri non poſſunt, ſic eleuatis, ne-

ceſſe eſt atrociſſimum quiddã colligi, atq́ expe‑ctari. Sic amplificauit Terẽtian⁹ Hegio, vbi Demea virgine variata queſtus, facinus hoc veluti vulgatũ iam & humanũ contẽnit, iubetq́ graui⁹ adhuc accipere, quum pater nihil hoc graui⁹ neque fieri, neq́ dici poſſe crederet, poſterioris generis illud eſt, quũ Virgili⁹ Aneeę laudes ex amplificata Turni virtute adauget: aut quũ Hãnibalis bellicis laudib⁹ creſcit virt⁹ Scipionis: aut quũ Germanorum aut Gallorũ fortitudo, Cimbrorũ immanitas augetur, vt maior ſit victoris gloria. Sed infinitæ propè ſunt ex relatione ad aliquid amplificãdi formę: veluti ſi clades e Troianis Grę ciſque acceptas amplifices, quò videatur Helenæ ſpecies admirabilior, ob quam nõ piguerit ſapiẽtiſſimos tot mala perpeti: vtq́ in Platonis ſymposio & Alcibiadis forma, & toties oblata copia, Socratis cõtinentia ſingularis colligitur. Reliquũ eſt vltimũ augẽdi genus, quòd συναθροισμὸν, id eſt congeriem appellant, qua rem eandẽ alijs atq́ alijs modis efferim⁹. Nam niſi ſumma fiat varietate, vitioſa erit iteratio: veluti Cice. pro Ligario: Quid enĩ tu⁹ ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Sed plus habet grauitatis, quũ paulatim ſeries increſcit: vt, Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors, terrorq́ ſociorum & ciuium Romanorum lictor Sextius. Iã vero extenuandi eædem ſunt rationes, quæ amplificãdi, neq́ diuerſus vſus. Optimæ extenuationis exemplum erit illud comicum: Hęc verba, vna meher‑

cle falſa lachrymula, quam oculos terẽdo miſere, vix vi expreſſerit, reſtinguet. Hic vitioſiſſimum fuerit ad leuiora à grauioribus orationem profici ſci, vt, Vitam, ſanguinem, pecuniã pro te effunde re nõ dubitem. Plurimum vero ponderis oratio ni accedat neceſſe eſt quoties hinc amplificata, hinc eleuata inter ſe componuntur.

DE FIGVRIS AD GRAVITATEM FACIENTIBVS.

IN HOC genere potiſſimũ conſectabimur ea ſermonis ſchemata ſiue tropos, quæ reddũt acrẽ & ardẽtem orationẽ. Huiuſmodi ſũt ex his quæ in verbis ſita ſunt, mẽbra, articuli, cõparia, repetitiones, cõtẽtiones, interrogationes, dubitationes, metaphoræ, proſopopœiæ, apoſtrophæ, demõſtrationes, quę rẽ oculis ſubijciũt cũ exaggeratione. Eandẽ vim habẽt aſſeuerationes, ſi quis tamẽ has inter ſchemata numerat: epiphonemata, quas acclamatiões recte verteris. De quorũ ſingulis nõ eſt huius inſtituti prolixius differe: qui rhetoricen hic nõ docemus, ſed indicamus dũtaxat quod ad ſcribendas epiſtolas attinet. Cæterũ totius huius generis ſupellectilẽ ac vim copioſam colligere licebit quũ ex alijs ſcriptoribus, tũ pcipue ex hiſtoriographis: apud quos reperire licet crebras orationes, quibus dux exercitum, aut miles militem, aut magiſtratus populũ ad fortiter agẽdum cohortatur. Profuerit & ea meminiſſe, quę philoſophi & facundi ſcriptores de fortitudinis natura memoriæ prodiderũt. Nos tamẽ interim, quo quæ præcipimus, iuuentuti ceu digito cõmonſtremus, vnicum ſubijciemus exemplum.

EXEMPLVM EPIST. COHOR-
TATORIAE.

DICI nō poteſt, iucūdiſſime nepos, quāta tū me, tū tuos omnes voluptate affecerit pulcherrimus rumor nuper hic de rebus fortiter abs te geſtis exortus. Iacta ſunt perpulchra immortalitatis tuę fundamenta, Quid autem hortari incipiam, vt rē diuinitus cœptā perficias: qui eo animo ſis nat⁹, vt nihil vnquā humile aut ſordidum cogitaris: vtq; non tam calcaribus, quàm frenis egere te putem? Sed tamen incredibili quodā erga te ſtudio compellor currētē (quod aiunt) incitare. I bene quò virtus tua te vocat, i pede fauſto. Perge abſoluere quod ſumma cum laude cœpiſti, te natalibus tuis, quibus hæc vrbs nihil vnq̄ vidit illuſtrius, patre tuo clariſſimo, iſta tua indole, iſta eruditione, iſto aīo dignū p̄ſtare. Impone ſummā manū immortalibus monimentis, à quorū abſolutione nō multum abes. Quod maximū ac difficillimū eſt, præſtitiſti: quod deſiderať, plus habet decoris, q̄ difficultatis. Certaſti cū maiorū tuorū imaginibus, quibus ſuapte virtute plus lucis attuliſti, quam acceperis. Viciſti ætatem, qua cum propè adhuc impubes habearis, nihil tamen non forti viro dignum vel geſſiſti, vel cogitas. Anteuertiſti maioribus tuis virtutū magnitudine: viciſti hactenus & tui ſtudioſorū expectationē, & æmulorū inuidentiā. Sed poſtquam omnia ſuperaſti, vnum etiam certamē reliquum eſſe puta: nēpe vt te ipſum imiteris: tui ſimilis eſſe ſtudeas: tu te ipſum præire contendas. Nam vinci à te ipſo, tam fœdum fuerit, quàm pulchrū fuerit reliquos ſuperaſſe. Ita ſi ſemper tibi inſtes, nō

Principiū a laude.

Exhortatio cum laude mixta.

Laus à bene cœptis.

A genere.
A patre.
Ab indole.
Ab eruditione.

deerit qui cũ laudibus certare poſſis. Cogita te eũ
A ſpe metuque.
in locum ipſius fortunæ manibus eſſe deductum,
vt neceſſe ſit aut ſũma cũ laude peragere fabulã,
aut ſumma cũ probro defutigari. Ardua quidem
& difficilis eſt virtutis via, ſed ãpliſſima tibi præmia
propone. Decus, immortalitas, ĩperiũ, opes,
dignitas, felicitas, in manu ſũt ſi pertẽderis. At ſi
A metu.
(quod omen dij auertant) defatigeris, nõ ſolũ priſtinæ
gloriæ tenebras offuderis, verũ etiã in poſterum
omnem dignitatis ſpem tibi recideris. Labores
neq; diuturni ſunt, neque ita magni: præmia
tùm ętetna, tum ampliſſima proponuntur. Multa
iam pars exhauſta, annus duntaxat eſt tibi perdurandus:
in quo facito vt tanquam ex concluſione,
& extrema muneris tui parte, perfectiſſimus atq;
Ab exẽplo.
ornatiſſimus fuiſſe videaris. Fac vt verum heroũ
pulcherrima facta tibi ob oculos aſſidue verſẽtur.
Exemplum poeticum.
Hercules ille totius Gręciæ facilè princeps, quot
laboribus ſibi iter ĩ cælum aperuit? quot monſtra
ſeparauit, qui ad inferos etiam ipſos legitur penetraſſe?
Tractatio fabulæ.
Quæ tibi ſi ficta de illo videbuntur, nõ pugno
quidem, ſed tamen diuinitus à ſapientiſſimis
doctiſſimiſq; viris excogitata ſunt, quò nobis heroice
virtutis exemplum abſolutm proponerent,
& ad immortalitatem nominis viam aſtenderẽt.
Laus authoris.
Nam quonam alio cõſilio Homerus, cui magno
doctiſſimorum hominũ conſenſu diuinitas quędam
tribuitur, Vlyſſem, quem nobis vt ſapientis
viri ſimulacrum propoſuit, tam diuturnis laboribus
Exemplum Græcum ex hiſtoria.
iactatum ſcripſit, niſi vt ſignificaret hãc vnã
eſſe viam ad æternum nominis decus parandum
apud poſteros? Hac Epaminũdas, hac Alcibiades,
clariſſimi Gręcię imperatores, ſibi immortalem

apud poſteros laudẽ peperer ũt. Quid aliud Ale- xandrum magnum cogitaſſe credis cum ſe tantis periculis obijceret? Quem tu laborem Decios il- los recuſaturos fuiſſe vnquam credis, quorũ alter vt æternã ſibi laudẽ compararet, dijs Manibus ſe deuouit, alter in medios hoſtes ſe præcipitem de- dit? Quæ non ætas Maccabæorũ nomen celebra- bit, quorũ vnus elephanti vẽtre perfoſſo, pul- cherrimã oppetens mortem, clariſſimo facinore immortalẽ gloriã eſt cõſequutus? Quid hodie vel celebrius vel plauſibili⁹ Iudith, Debboræ, & Ra chab memoria? quæ quoniã ſexu ſuo maiores ma ſculum animi robur præſtiterũt, non inter fœmi nas, ſed inter heroas commemorantur. Sed quid nos externa atq; antiqua repetimus? Domi ha- bes qui te ad huiuſmodi virtutẽ debeãt incitare, & quidẽ eo vehemẽtius, quo genere coniunctio- res. Nã cæteros quidem egregios viros imitari, laudi ducitur: at tuorũ ſine ſummo dedecore diſſi milis eſſe non poteſt. Viuit adhuc recens, & po- ſteritate ipſa creſcit proaui tui viri fortiſſimi me- moria. Quãto ille animo iã inde à teneris annis ad nominis immortalitatẽ cõtẽdit? Honeſtos ille labores ꝓ ludo habuit: voluptatem & otium non ſecus ac peſtẽ teterrimã fugiebat. Sæpe ipſe adule ſcens ex eo iam natu admodum grandi audiuiſſe memini, ſe haud longiorem vitam à ſuperis opta re, quàm vt patriæ ſua induſtria poſſet vſui eſſe, cui ſe potius q̃ ſibi ipſi natum dicebat. Ad ꝓprio- ra veniam, tibi magis q̃ mihi ipſi nota. Pater tu⁹ vir fortiſſimus, atq; optimus, quid vnquam du- rum aut difficile iudicauit quod vel ad gloriæ in- crementum, vel Reipublicæ commodum perti-

Exemplum Macedonicũ. Exemplum Romanum. Exemplum Hebræum. Exemplum fœmineum. Tranſitus. Exemplum domeſticũ. Exemplum aui. Exemplum patris.

nere putaſſet? Quot ille, quãq; difficiles legatio-
Repetitio- nes. nes adoleſcens non ſine ſumma laude obijt? Quot
hyemes ſub pellibus egit? E quãtis anguſtijs ſua
ſe vigilantia expediuit? Quẽ ille magiſtratum nõ
petijt? Quid autẽ petiuit quod nõ obtinuit? Quid
obtinuit, quo non ſumma cũ laude ſit perfunctus?
Dicta familiaria patris. Debent pectori tuo paterna illa monita infixa ſe-
dere. Sępe enim te adoleſcentulum, vt memini,
Virgiliano illo carmine conſueuit exoſculãs hor
tari: Diſce puer virtutem ex me, verumq; labo-
rem, Fortunã ex alijs. Nec raro me audiente hũc
vſurpare ſermonem ſolebat, ſibi prorſus videri ni
hil intereſſe inter eos qui nunquam nati eſſent, &
eos qui nulla re memorabili geſta, obſcuri ex hac
vita migraſſent. Quare quũ ab ijs ſis maioribus
Ab expectatione. ortus, huiuſmodi pręceptis foris domiq; inſtitu-
tus, obſcurũ tibi eſſe nõ debet, quid tui, vel patria
potius ipſa abs te expectet: pręſertim cum iſti ge
neri, iſti indoli egregiam quoq; doctrinam adiũ-
xeris: quum iam iſtiuſmodi rudimenta edideris.
Cogita tuorum omnium, non amicorum modo,
ſed ciuium etiam quotquot ſunt oculos in te vnũ
coniectos, omnium in te ſuſpenſos animos: quo-
rũ iã expectationi vix ſatiſfacturus videris, ſi tan
tum à natalibus tuorũ virtute nihil degeneraueris.
Neſcio quid maius ſibi de te pollicentur: quorũ ſi
votis tua virtus reſpõderit, quid ſi etiam vicerit?
quantus erit tuorum omnium triũphus? quanta
patriæ gratulatio? Quãtum autem Trebonij vi-
ri vt ſis tui amãtiſſimi, & iudicio de te, & amori
Ab expectatione maleuolorum. in te acceſſerit? Sin rẽ indiligenter geſſeris (quod
omen deus auertat) maleuolentiſſimi homines,
qui tuę hacten⁹ inuiderunt virtuti, quoſque re-

rum tuarum ſplendor excruciat, continuo verticē tollent, erimuſq; & tu & tui omnes ludibrio & riſui nebulonibus inuidentiſſimis. Amici obmuteſcent, inimici inſultabunt, beneuoli frigidi, maleuoli feroces. An hęc feret iſta tui pectoris celſitudo? Zoili in te odiū noſti. Nullo cōmodiore modo peſtē illā vlciſci potes, q̄ vt gloriæ tuæ inuidia contabeſcat. Varū autē virulentiſſimū hominem planè ad ſuſpendium adegeris, ſi nobis victor redieris. Codrus iam nūc ſuſpēdio trabem delegit. Si nihil te neq; tua gloria, neq; noſtra expectatio mouerit: hoc certe tanti fuerit, vt hæc monſtra conficias. Quare te, chariſſime nepos, vnica ſpes & idem decus tuæ gentis, per luculentiſſimas maiorum tuorum imagines, per egregiam indolem, per ſapientiæ laudē, cui ſemper ſtuduiſti: per noſtram patriæq; expectationem: per bene auſpicata laudum tuarum initia obſecro atq; obteſtor, ne committas vt quum hactenus cæteros viceris, à te ipſo ſuperatus videaris. Dij tua cœpta ſecundent, & felicibus vtere fatis. Vale decus noſtrum. Eſt & inter Hieronymianas epiſtolas exhortatoria ad Heliodorum: quæ vniuerſum eius generis artificium vna complectitur.

Cōtētiones.

A certa perſona.

Epilogus per obſecrationem.

DE GENERE DEHORTATORIO.

OPERAEPRETIVM nō putaui dehortationis exemplū ſubijcere, q̄ eadem ſit vtriuſq; generis ratio: quū vix vnquam exhortemur, quin eadem opera dehortemur. Exēpla eorū quibus ea res infeliciter ceſſerit, accumulabimus. Deinde rei turpitudinem, ꝓbrū, cōuitia, damnū, incōmoda diligenter colligem⁹, q̄ per

exornationem, quam rhetores deſcriptionẽ appellant, ante oculos ponemus. Sed hæc aliaq́ ſtudioſorum induſtriæ relinquẽda putauimus. Nũc ad ſingulas cuiuſq́ generis partes, non quidẽ ex omnibus, ſed optimis authoribus ſyluam quandã verborum ac ſententiarũ ſubminiſtrabimus: quibus ex noſtris nonnihil adijciemus, quò ſcripturi hęc ſemper tanquam penum ad manum habeãt, & imitandi ſtudio ſimilia diſcant effingere.

EXEMPLVM DEPROMPTVM EX PRIma Ciceronis ad Q. fratrem epiſtola.

Ab expectatione bonorum.

QVARE, quoniã in iſtis vrbibus cũ ſummo imperio & poteſtate verſaris, quib⁹ virtutes tuas cõſecratas, & in deorũ numero collocatas vides: in omnibus rebus quas ſtatues, quas decernes, quas ages: quid tantis hominũ opinionibus, tantis de te iudicijs, tãtis honoribus debeas, cogitabis. Quòd ſi in mediocri laude ſermonis ac p̄dicationis res noſtræ eſſent: nihil à te eximium, nihil præter aliorum conſuetudinẽ poſtularem. Nũc vero ꝓpter earũ rerũ in quibus verſati ſumus, ſplendorem & magnitudinẽ, niſi ſummã laudẽ ex iſta ꝓuincia aſſequimur, vix videmur ſummam vituperationẽ poſſe vitare. Ea noſtra ratio eſt, vt omnes boni tum faueant, tum etiam à nobis omnem diligentiam virtutẽq́ poſtulẽt & expectẽt: omnes autem improbi, quòd cum his bellum ſuſcipimus ſempiternum, vel minima re ad reprehendendum contenti eſſe videãtur. Quare cum eiuſmodi theatrum eſt totius Aſiæ celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, iudicio eruditiſſimum, natura autem ita reſonans, vt Romam vſq́ ſignificationes vo-

A metu.

Ab expectatione malorum.

cēſq; referantur, cōtende quæſo atq; elabora non modo vt ijs reb9 dignus fuiſſe, ſed etiã vt omnia illa tuis artibus ſuperaſſe videaris. *Simul* & illud cogita, nos nō de reliqua & ſperata gloria iam laborare, ſed de parta dimicare: quæ quidem nō tã expetenda fuit, q̃ tuenda nobis eſt. quod reliquũ eſt, id non tam difficile, quàm præclarum.

Exhortationē mitigat hoc modo. Atq; hęc non eò dicũtur, vt te dormientē oratio mea excitaſſe, ſed potius vt currentē incitaſſe videatur. Facies enim perpetuo, quę feciſti &c. Tu quanq̃ conſilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, vt nihil cures, q̃ vt antè factũ aliquod egregium audiamus, quam futurum putaremus. Te vero admoneo tum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, vt omnem gloriam ad quam à puero imflammatus fuiſti, omni cura atq; induſtria cōſequare, magnitudinemq; animi, quã ego ſemper admiratus ſum, ſemperq; amaui, conſtanter obtineas, nec vnquam inflectas cuiuſquã iniuria. Illud te ad extremũ & oro & hortor, vt tanquam poëtæ boni & actores induſtrij ſolēt, ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotij tui diligētiſſimus ſis. Quãobrē ſi me amas, quantũ profecto amas: ſi dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere: ſi ingrederis, curre: ſi curris, aduola. Hoc ſit negotiũ tuũ, hoc otium, hic labor, hic quies: in his vigilia, in his etiam ſomnus reponatᷣ. Effinge aliquid, & excude qđ ſit ꝑpetuo tuũ. Nã reliqua rerum tuarum poſt te alium atq; alium dominum ſortientur, hoc nunquam tuũ deſinet eſſe, ſi ſemel cœperit. *Scio* quē animũ, qđ horter ingenium. Tu modo enitere vt tibi ipſe ſis tan-

Mitigatio exhortationis.

A laude.

Obſecratio.

Plinius.

ti,quāti videberis alijs,ſi tibi fueris. Quod te quoq; vt facias,& hortor & moneo. Memento quibus imaginibus onereris,quæ nomina,& quanta ſuſtineas. Proinde dum ſuppetit vita,enitamur vt mors,quā pauciſſima quæ abolere poſſit,inueniat. Luſus vocātur:ſed hi luſus nō minorem interdum gloriam q̄ ſeria conſequunt. Confugit in ſignum tuum Reſpublica. Ac mihi intuenti ſapientiam tuam,minus mirum videt ꝙ mortales iſtos caducoſq; titulos aut depreceris,aut tempe res. Scis enim vbi vera principis,vbi ſempiterna ſit gloria,vbi ſint honores ī quos nihil flammis, nihil ſenectuti,nihil ſucceſſoribus liceat. Arces enim & ſtatuaſtemplaq; demolit & obſcurat obliuio,negligit carpitq; poſteritas. Cōtrà cōtēptor ambitionis,& poteſtatis domitor ac frenator animus ipſa vetuſtate floreſcit,nec ab vllis magis laudatur,q̄ quibus minime neceſſe eſt. Quod ego titulis omnibus ſpecioſius reor: quando non trabibus aut ſaxis nomen tuum,ſed monumentis ęternæ laudis inciditur. Ibit in ſecula,fuiſſe principē, cui florenti & incolumi nunquam niſi modici honores, ſępius nulli decernerentur.

EXHORTATIO.

Cicero. SED prębta te eū q mihi à teneris(vt Gręci dicūt)vnguiculis es cognitus. Magna eſt hominū opinio de te,magna cōmendatio liberalitatis,magna memoria cōſulatus tui. Hæc ꝓfecto vides quanto expreſſiora,quantoq; illuſtriora futura ſint, cum aliquantum ex ꝓuincia atque ex imperio laudis acceſſerit. Quanquā te ita gerere volo quæ per exercitūm atque imperium gerenda ſunt, vt hæc multo antè medi-

tere,huc te pares,hęc cogites,ad hęc te exerceas, ſentiaſq́ id,quod quia ſemper ſperaſti,non dubi- to quin adeptus intelligas,te facillime poſſe obti- nere ſummum atq́ altiſſimum gradum ciuitatis: quæ quidem mea cohortatione tibi inanis aut ſi- ne cauſa ſuſcepta videatur &c. Teq́ ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata incredibilis quę- dã expectatio,quam tu vna re facillime vinces, ſi hoc ſtatueris,quarũ laudũ gloriã adamaris.quib9 artibus eæ laudes comparantur,in ijs eſſe laborã- dum.Lib.9.epiſtola,Duab9 tuis,locos habet hor- tatorios, & item gratulatorios, circa medium & finem.Quam indicare malui,partim ne volumẽ oneretur, partim quòd gratiora ſunt quæ nobis ipſi decerpimus.Epiſtola Lib. 10. Quum ipſum Furnium, aliquot habet locos exhortatorios. Itẽ παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο,curaq́ & effice vt ab omnibus & laudemur,& amemur. Per fortu- nas tuas Cicero, per liberos te oro & obſecro ne quid grauius de ſalute & incolumitate tua conſu- las.Nam deos homineſq́, amicitiamq́ noſtram teſtificor,me tibi prędixiſſe,neq́ temere monuiſ- ſe.Quare ſi tibi tu,ſi fili9 vnicus,ſi domus,ſi ſpes tuæ reliquæ tibi charę ſunt,ſi aliquid apud te nos, ſi vir optimus gener tuus valemus: eorum fortu- nam nõ debes velle conturbare,vt eam cauſam in cuius victoria ſalus noſtra eſt,odiſſe aut relinque- re cogamur,aut impiã cupiditatẽ contra ſalutem tuam habeamus.Etiam atq́ etiam Cicero cogita, ne te,tuoſque omnes funditus euertas: nec te ſci- ens prudenſque eò demittas, vnde exitum nul- lum vides eſſe. Quare quid eſt quod ego te hor-

Cicero ad Atticum.

Dehortatio.

Adhortatio.

ter vt dignitati & gloriæ ſeruias? Proponam tibi claros viros, qđ facere ſolēt qui hortātur? nemi nem habeo clariorem, q̄ te ipſum. Te imitere oportet: tecum ipſe certes. Ne licet quidem tibi iā tantis rebus geſtis, non tui ſimilem eſſe. Quod cū ita ſit, hortatio non eſt neceſſaria, gratulatiōe ma gis vtendum eſt. Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, vt ſūma ſeueritas animaduerſiōis non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet: & cum bonis omnibus, tū infimo cuiq; gratiſſima. Hoc ſi tibi fortuna quadam cōtigiſſet, gratularer felicitati tuæ: ſed cōtigit magnitudine tū animi, tū etiam ingenij, atq; conſilij. Quo facto intelligerē debes in te poſitā eſſe Rempub. tibiq; non modo tuendos, ſed etiā ornandos illos viros à quibus initium libertatis ꝑfectū eſt. Tu quoniā Rempub. nóſq; cōſeruas, fac vt diligentiſſime te ipſum, mi Dolobella, cuſtodias. Nunc mi Attice tota mente incūbe in hanc curā. magna enim res eſt. Quāobrem aduola obſecro, atq; eam Remp. quā virtute, atq; animi magnitudine, magis q̄ euentis rerū liberaſti, exitu libera. omnis omnium cōcurſus ad te futurus eſt. Fortem & liberum animum, quo & cōſul, & nūc conſularis Rempub. vindicaſti, ſine cōſtantia & æquabilitate nullum eſſe putaris. Nihil enim per ſe amplum eſt, niſi in quo iudicij ratio extat: quia neminem magis decet q̄ te Rempub. amare. libertatiſq; defenſorem eſſe vel ingenio, vel reb9 geſtis, vel ſtudio atq; efflagitatiōe omniū. Tu te exuſcita, vt eā ciuitatem in qua maxima geſſiſti, liberā atq; honeſtam fore putes, ſi modo ſint populo duces ad reſiſtendum improborū conſilijs. Quare magnū fac animum

habeas, & ſpem bonam. Ceſſator eſſe noli, & illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiã minuendam ſolum eſſe dictum, verum etiã vt bona noſtra norimus. Preterea meminerimus quanto maiori animo honeſtatis fructus in cõſcientia, quàm in fama reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliquo nõ ſequatur, idcirco quod gloriã promeruit, minus pulchrũ eſt. Ii vero qui benefacta ſua verbis adhornãt, nõ ideo prędicare, quia fecerint, ſed vt prædicarẽt, feciſſe credũt. Sic quod magnificũ referẽte alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recẽſente, vaneſcit. Homines enim quũ rẽ deſtruere nõ poſſunt, iactationẽ ei⁹ inceſſunt. Ita ſi ſilẽda feceris, factũ ipſum: ſi laudãda, quòd nõ ſileas, ipſe culparis. Multo deformi⁹ amittere, quã nõ aſſequi laudẽ. Itẽ lib. ſecũdo tota epiſtala, cuius initiũ: Hominẽ te patientem. Huiuſmodi ſententijs extimulamus animum laudis cupidum, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. rurſũ ἄλκιμος ἔσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. Item ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δ' ἐ θούρεδ' ὸ ἀλκῆς. I bone quo virt⁹ tua te vocat: i pede fauſto. Nate dea, quò fata trahũt, retrahũtq́, ſequamur. Tu ne cede malis, ſed cõtrà audẽtior, ito Quàm te tua fortuna ſinat. Fac aliquid dignum promiſſis. Difficilia quæ pulchra. In magnis & voluiſſe ſat eſt. Macte hac grauitatis gloria Cęſar. Plinius. Plinius.

DEHORTATIO.

ED ego te vt ad certã laudẽ adhortor, ſic à dimicatiõe deterreo: redeoque ad illud quod initio ſcripſi, toti⁹ facti tui iudiciũ non tam ex conſilio tuo, quã ex euentu homines Ci. epiſt. fa.

eſſe facturos.

COMMENTITIA MEA.

n ON eſt affectanda gloria forti viro, ſuapte virtute contẽto: ſed hæc benefacta non aliter quàm vmbra corpus conſequitur. Nõ appetit laudẽ ſibi bene conſcia virtus eximia, ſed hoc contingit illuſtrior ac verior. Splẽdidus titulus, Pater patriæ: ſed hunc promeruiſſe pulchrius eſt, q̃ poſſediſſe. Inter omnia tua gentiſq; tuæ decora, ſi mihi credis, erit hoc præcipue glorioſum. Tot egregijs facinoribus ſumma cum laude geſtis fac iſtum ceu colophonem addas. Arduũ facinus ad quod te hortor, ſed tuo genere tuóq; animo dignũ. Ab iſta familia, ab iſta indole, ab iſtis factis nihil expectatur plebeium, aut mediocre. Omnia ſumma pręſtes oportet, ſi velis maiorum tuorum ornamentis, ſi tuæ priſtinæ glorię, ſi omniũ de te expectationi reſpõdere. Cogita te verſari in theatro lõge frequentiſſimo, omnium oculos in te cõiectos: quibus nũquã ſatiſfacies, niſi ſumma cum laude peregeris cœptam iſtius pulcherrimi facinoris fabulam. Ipſa virtus abũde magnum ſui præmium eſt. Nõ viuit, qui viuit inglorius. Nõ perit, qui moriens honeſtam ſui memoriã relinquit poſteris. Vt omnia mors tollat, certe nominis honeſti decus à rogo redditur illuſtrius. Erexeris, mihi crede, tibi monumentũ ære perennius, Quod nõ liuor edax, non aquilo impotẽs Poſſit diruere, aut innumerabiles Annorũ ſeries, aut fuga temporũ. Onerant te tuorũ imagines, nõ illuſtrãt, niſi quibus factis illi ſibi nobilitatẽ pepererũt, ijs tu tuearis & alas. Huc te vocat generis tui claritas, huc patriæ pietas, huc ciuium tuorum nũc in tua vir

tute ſita ſal⁹: tantum exeras iſtum vere magnum animum tuum, aderunt fortibus auſis ſuperi fauē tes, Audaces adiuuat ipſe deus. In re honeſta ſuus cuique animus deus eſt. Nunc delibera vtrū malis maiorum tuorum ornamentis tuiſq; laudatiſſimis factis hoc decus ac veluti ſummā manum addere, an generi tuo tenebras offūdere, & quicquid hactenus tot egregijs laborib⁹ partum eſt gloriȩ, ſemel amittere. Nulla poſſeſſio difficilius aut tardi⁹ paratur, quàm honeſtȩ famȩ: nulla citi⁹ amittitur. Si te nulla mouet tantarum gloria rerum, certe liberis tuis nullā poſſeſſionē relinquere potes vel ſpecioſiorem, vel pretioſiorem, q̄ huius facti nunquam intermoriturā gloriam. Vt leones & aquilæ non cum quibuſlibet feris belligerātur, ſed quaſdam prȩdas vt ſuis viribus indignas contemnūt: ita tuū eſt hoc facinus, quo minus eſt ac difficilius, hoc maiore cum animo ſuſcipere, velut eximiam gloriæ materiam eximiæ virtuti ſeruatam. Scio difficillimum eſſe ad quod hortor: nec ignoro verū eſſe quod dici ſolet, ὀυ παντὸς ἀνδρὸς: ſed aliquādo grauiora præſtitiſti, nec alius animus par tāto negotio. Si palma dedignatur cedere ponderi impoſito, ſed magis aduerſus impoſitū nititur, ſurſum erigēs ſeſe: quāto magis oportet fortiſſimi viri animū ex ipſa negotij difficultate creſcere? Non hæc ſcribo quò te ceſſantem extimulē, ſed quò ſponte currēti calcar (quod aiūt) addam. Non tam hortor vt iſta facias, quàm gratulor vltro properanti quò noſtra vota tuam virtutem volebāt inuitare. Primum cogita quid deceat Germanum, deinde quid Saxonem, deinde quid Alberti nepotem. Poſtremo quid Philippū.

Duplicem ſuſtines expectationē, nimirū vt lau-datiſſimo patri Philippo Philipp9, & eximio fra tri, cui ſuccedis, reſpondeas. Nobilitas vera non aliunde q̃ ex egregijs factis naſcitur. Hanc ipſe ti bi præſtare potes. Quid ſuſpicis vetuſta ſtēma-ta? Quin ipſe tibi paras imagines? Pulchrius erit decus cuius author fueris, quàm cuius hæres.

Quāto pulchrius eſt, te tuis maioribus tua vir-tute prælucere, quā in alienę laudis hęreditatē ve-niſſe? Probrum ignauia quorundam nuper acce-ptum, tua virtus tuáq; vigilantia ſarciat oportet.

Proxime acceptam cladem omnes fortunę im-putabunt, ſi nunc declararis quantum in bello va leat fortis & infractus ducis animus cum eximia prudentia coniunctus. Nihil magis noſtrum eſt, q̃ quod nobis noſtra paratur induſtria. Hoc tibi præſtat iſta pectoris virtus. vt audeas: hoc patriæ pietas, vt velis: quod reliquum eſt, dabunt ſuperi & pietatis fautores, & honeſtę virtutis prouecto-res. Macte iſtius animi eſto. Iſtiuſmodi ſtudijs ad nominis æternitatē graſſare. Eia, macte virtute. *Sic ſic itur in cęlū.* Age fortiſſime iuuenis, ne defa tigare, ne cōquieſce, donec pulcherrimis geſtis ho neſtiſſimū finē impoſueris. Maxima ſtadij pars tibi iā decurſa eſt: hoc alacrius ad metā propera, quo propior es. Nihil eſt tam arduū in rebus hu-manis, quod non efficiat, ſi tibi imperarit animus vt magnopere velit. Quæ res primum deos ac diuos fecit? nonne preclara in Rēp. merita? Quid enim deo ſimilius, q̃ excelſus anim9 vel gratis de vniuerſo mortalium genere bene mereri ſtudēs?

Magnificēti9 eſt ampliſſimos honores prome-ruiſſe, q̃ obtinuiſſe. In magnis & voluiſſe magnū

eſt. In rebus præclaris etiam conatus in magna laude ponitur. Quum hactenus in campo gloriæ præcucurreris omnes, hic tui ſimilis ſis oportet. Si quid in te generoſæ mẽtis, ſi quid paternæ indolis, ſi qua ſcintilla pietatis in patriã, ſi quid cõſilij, ſi quid conſtantis animi, ſi quid maſculi roboris, ſi quid heroicę virtutis, id totum nunc expromas oportet. Non poteris in hoc laudis curſu defatigari, ſi ſpectes quæ præmia tibi ſũt propoſita. Perge infracto animo, quà cœpiſti, nomẽq; tuũ immortalitati commenda. Verum decus non in opibus, ſed in virtute poſitum eſt. Bene collocauit, qui patriæ vitam impendit. Te vnũ ſpectãt oculi ciuiũ tuorum. Tuis humeris innixa eſt patria. Illi deſpondebunt animum, niſi eũ prſtiteris, quem ſemper eſſe iudicarũt. Hæc ruitura eſt, ſi te ſubduxeris. Cogita laborem eſſe breuem, felicitatem ad quam properas, eſſe perennem. Ardua eſt, iuxta Heſiodũ, virtutis via: ſed in vertice manet inæſtimabile præmiũ. An aliquid durum videri debet, quo paratur ęterna felicitas? Ne ſpecta quid hic aut ille interim de te loquať, ſed quid tota poſteritas ſemper ſit loquutura. Vere regiũ, magniq; animi eſt, male audire, quũ benefeceris. Inuidiam maleuolorum, gloria benefactorũ obrue. Pulcherrimum vindictę genus eſt, inimicum benefactis ad ſuſpendium adigere. Inuidorum latratus, velut ignauorum canũ neglige. Illud vide, quo te bonorum conſenſus prouocat. Malis placuiſſe tam turpe eſt, quàm ob turpia. Enittere vt ijs placeas, qui bonis placent omnibus. Aſina per medios ignes ſuccurrit ſuo fœtui, & vir fortis deſtituet patriã periclitãtẽ, cui9 pars ſunt & liberi?

Parua & exilia ſydera, validorum exortu obſcu-rantur: ſed tu nō potes magis illuſtrare progeni-torum tuorum gloriam, quā ſi ad iſtum modum famam illorum obſcures. Eò perge, non quo te reuocat mund⁹, ſed quo te vocat CHRISTVS.

An te remoratur difficultas vbi cælū promit-tit? An diffidis vbi fautor & adiutor eſt CHRI-STVS? An dubitas de præmio vbi promiſſor eſt deus? Non agnoſcet beneficium tuum ætas tua. atqui iſtud demum eſt animo excelſo dignum.

Nullū beneficij genus heroicis animis dignius, quā quod erogatur in poſteros. Sudoribus emū-tur literæ, ſed pariunt immortalitatem. Vigilijs parantur, ſed ſemel partæ, nunquam amittuntur. Serius contingūt: ſed vbi cōtigerint, tutiſſima ſi-mul & perennis eſt poſſeſſio. In alijs egregie ge-ſtis, magna laudis portio fortunę deciditur: non-nullam & ij ſibi vendicant, quorum opera res peracta eſt. huius facti gloria in ſolidum tua erit.

Summā de te ſpem cōcitaſti. non eſt tibi com-mittendum vt hanc fefelliſſe videaris. Genus, in-doles, prudentia, animi ſublimitas, priſtina deco-ra mirā quandam de te concitarunt apud omnes expectationem. hanc fallere turpiſſimū fuirit, æ-quare neceſſarium, vincere pulcherrimum. Si vo-les cogitare quid te dignum ſit, ſic te geras in iſta prouincia, vt qui in eadem ante te non mediocri cum laude verſati ſunt, tui cōparatione magnam laudis partem amittant: neque quiſquam exoria-tur qui tibi auſit ſuccedere. Fac ita te geras ī iſto magiſtratu, vt & authoritate tua ſucceſſori tradas auguſtiorem, & integritate vigilantiaꝗ diffici-liorem. Cogito tecum, quicquid eſt iſtud labo-

ris quod percipiendæ iuris prudentiæ datur, tribus, aut ad ſummum quatuor annis abſolui: cęterùm honorem in omnem vſque vitam te comitaturum. Labor abit, honeſtas manet: labor breuis, gloria immortalis. Alij tot annos deſudāt, per terras mariáq́ volitant, vt rem familiarem augeant: te pigebit ad paucos annos honeſtiſſimis ſtudijs incūbere, quo tibi ſimul & rem & dignitatem pares? Honos alit artes, vt ſcripſit Cicero: & hoc tibi calcar nō mediocre debet addere, quòd is princeps nobis contingit, ſub quo nemo gratis virtutem colit. Quidam ita propagant nominis ſui memoriam: at nullum monumētum fidelius cuſtodit hominis famam, quàm ſi benefactis nomē tuum inſculpas animis hominum, hoc eſt, ſi ingenij monumentis, non ſolum de tua patria, verum etiam de cūctis nationibus: non ſolum de tuæ ætatis hominibus, verū etiam de poſteris bene merearis. Vide etiam atque etiam necubi dormites in hoc opere. magni refert vnde famam auſpiceris. Expedit omni cura perpolitum eſſe, per quod primum innoteſcere vis populo. Poſtea quā ſemel bonarum literarum patrocinium ſuſcepiſti, non oportet de gradu cadere. Vides cū cuiuſmodi monſtris res eſt. prorſus Hercule quopiam eſt opus. Eum nemo melius præſtabit vno te. Obteſtor te per noſtram amicitiam, per vtriuſq́ ſalutem (nam mea, niſi te incolumi nō conſtituerit) ne te periculoſo negotio admiſceas: Vel hirc⁹ Aeſopicus te doceat ne te conijcias temere in negotium, vnde quum voles, nō poſſis temeipſum extricare. Facilis deſcenſus Auerni: ſed reuocare gradū, perdifficile eſt. Si tibi vtilis eſt tua vita, vxo- Dehortatio.

ris ac liberorum te moueat calamitâs. Sine his tu perire non potes, quũ ex te vno pendeat omnes. In te omnis domus inclinata recombit. Hãc tua prudentia, tua vigilãtia, tua fortitudine fulcias oportet, alioqui collapſurã. Tu iuicto animo, quod honeſtiſſimum iudicabis ſequere. Optimę cauſæ fauebunt & numina.

EXHORTATIO MEA.

COGITA quanta factũ iſtud laus & gratulatio ſit cõſequutura. Quid multis? ſic te numeris omnibus virtutum abſolutũ præſta, vt inimici vituperare te nõ poſſint, niſi ſimul laudẽt. Illud noctes diéſq; tecũ cogita, quo te quoq; poſſis Tollere homo, victórq; virũ volitare per ora. Quis non exoſculletur iſtã eximiam indolẽ? Quare te etiam atq; etiam hortor, vt quod tibi maiores prætulerunt, tu poſteris pręferas. Tu vel vnus efficere potes ne prorſus verum ſit, quod vulgo iactatur, nobiles noſtros nihil habere in domib⁹ ſuis pulchrũ, niſi imagines. Hortãt te vno ore amici omnes, vt magno ſis animo, vtq; omnia ſumma ſperes. Hoc vtiliſſimum iudicato, quod eſt cum honeſtate coniunctum.

DEHORTATIO MEA.

SIC habeto retionẽ dignitatis, vt memineris ſalutis. Fama ægre quidẽ reſtituit, ſed reſtituitur tamẽ. Vita ſemel amiſſa, nũquã recuperatur. Stultũ eſt cũ eo cõtẽdere, cui par eſſe non poſſis. Qui certat cum eo quem non poteſt vicere, q̃ſo quid aliud q̃ irritat crabrones? Fruſtra nitendo, nihil aliud quã odium quærere, an nõ extremę demẽtiæ eſt? Si aduerſus naturam

tuam niteris, nihil aliud quàm quum dijs pugnaueris. & ſcis quomodo res ea ſucceſſerit gigantibus. Quanto cum periculo tentantur ea quæ vires noſtras ſuperãt, Phaetontis, Icari, & Gigantum fabula te docere poterit. Quàm non tutum ſit audacem eſſe erga potentes & armatos, Adonidis interitus docere nos debet.

QVIBVS RESPONDENDVM EXHORTATORI.

CVM ego id ipſum deſtinaſſem, addidiſti calcar ſpõte currenti. Video q̃ faueas gloriæ meæ. Itaq; dabo operam, vt non ſolum iudicio de me tuo, verum etiam ſtudio ſatiſfaciam. Quanquã ipſa res iamdudũ inflammarat animum meũ, tamen nõ mediocre calcar addidit tua tam amica exhortatio. Vtinã fortuna & meo animo, & tuo ſtudio reſpondeat. Nõ alia ratione poteras me magis deterrere, q̃ qua me conatus es incitare. Ais quicquid præſcripſero, omnes habituros oraculi vice. Abſit vt in negotio tã periculoſo meã authoritatẽ quiſquam ſequatur. Strenue tu quidem ſuffundis aquam (quod aiũt) ſed mihi magis opitulatore opus eſt, quàm hortatore. Quin ipſe capeſſis ad quod me inſtigas? Si viderem vires meas eſſe pares negotio, nihil eſſet opus qui adderet animum. Animi ſatis eſt, ſi tantundẽ eſſet virium. Næ tu equum (quod aiunt) in campum prouocas. Te quidem authore nihil non audebo. Iſte tuus anim⁹ tã feliciter ominans mihi fuerit auſpicij vice. Nutantẽ animũ tua exhortatio totum impulit in curam huius negotij. Omnis iacta ſit alea. Nos tuis auſpicijs rem fortiter aggrediemur. De exitu viderint ſuperi.

nos quod in nobis eſt, fortem & erectum animũ præſtabimus. Age, nos vela ventis pandemus, tã-tum vt fortibus auſis aſpirent ſuperi. Vtinã, quẽ-admodum addis animum, ita poſſis & ſucceſſum rei dare. Tanti eſt apud me tua authoritas, vt te authore non dubitem vel in medio ſaltare foro. Quis tã eſt Therſites, quem iſta tua tã ardens o-ratio non faciat virum? Acres ſtimulos addidit tua exhortatio, ſed iam currenti, vt aiunt. Quod mea ſponte faciebam, id tuo hortatu multo faciam a-lacrius. Vt forti militi tubæ ſonitus ad prælium addit animos, ita tua exhortatio me ſatis iam ani matum, reddidit alacriorem. Vt qui monet, quaſi adiuuat, quemadmodum ait Plautus: ita qui hor tatur, qui acclamat, qui applaudit.

DE EPISTOLA SVASORIA.

IAM ad ſuaſoriũ genus veniamus: qđ quidẽ ab illo ſuperiori non admodum abhorret. Nam vt illic, ita hic quoq; laudẽ, ſpẽ, expectationẽ cohortationi nõnũq; ad-miſcemus. Complectitur autem hoc gen⁹ varias epiſtolarũ ſpecies, quas ſeparatĩ tractabimus. Nã & qui petit, ſuadet, & qui cõmẽdat, & qui conſu lit, & qui monet, & qui conſolatur. Suaſoriã igit̃ epiſtolã hoc pacto licebit inſtituere. Si res poſtu-labit, captanda paucis eſt beneuolentia. Id quem-admodũ fieri cõueniat, à rhetoribus diligẽter mõ ſtratum eſt. Deinde narrationem ſubijciemus, in qua omnia ad ſuadendum accõmodabim⁹, & tã-quã argumentorũ ſemina iaciemus. Deinde ſi res ipſa partes in ſe continebit, eas cum diuiſione ꝓ-ponemus. Quòd ſi ſimplex erit, ipſi noſtro inge nio diuiſionẽ faciemus, & rationũ capita, à quib⁹

Quibus partibus conſtet ſuaſoria epiſtola.

Narratio.

Diuiſio.

potiſſimum ſumus ſuaſuri, ſub diſtributione, vt diximus, enumerabim9. Deinde ſingulas ratiões varie copioſeq; tractabim9. Si quid vehemēter noſtræ rationi videbitur officere, id ſtatim in principio deſtruemus: aut vt quicq; inciderit, ita confutãdũ erit. Sed de rationũ inuētione pri9, poſtea de earũ tractatione præcipiem9. Sumuntur autē rationes ab his potiſſimum partibus, honeſto, vtili, tuto, iucundo, facili, neceſſario. Honeſtũ autem diuiditur in rectum, & laudabile. Rectum in virtutem & officium. Virtus, in prudentiam, iuſtitiam, fortitudinē, temperantiam. Prudentia, in intelligentiam, memoriã, ꝓuidentiã. Iuſtitia, in naturam, conſuetudinem, & legem. Natura, in religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, veritatem, pactum, par, iudicatũ.

Confutatio.

Enumeratio partiũ quib9 conſtet.

Partes a quibus ſuadetur

Fortitudo, in patientiam, magnificentiã, fidentiã, perſeuerantiã. Temperantia, in continentiã, clementiam, modeſtiam. Honeſtum eſt quod ꝓpter ſe eſt expetendum. Rectum quod cum virtute fit & officio. Virtus eſt animi habitus rationi conſentaneus. Officium eſt virtutis ad vnamquãq; perſonam accommodatio. Id ſumitur ab ætate, ſcientia, dignitate, profeſſione, aliiſq; circũſtantiis: vt aliud eſt officium militis, præceptoris, diſcipuli, conſulis, prætoris, nobilis, plębei, obſcuri, ſenis, iuuenis, docti, indocti, viri, fœminæ, coniugati, cælibis. Quæ quidem officia pro loco tempore & rerum conditione variantur. Prudentia eſt rerum multarum memoria, & vſus compluri um negotiorum. Memoria eſt per quam animus præterita repetit. Intelligentia eſt per quam ea quæ ſunt perſpicimus. Prouidentia eſt per

Definitiones ſingulorum. Honeſtum. Rectum. Virtus. Officium.

Prudentia.

Memoria. Intelligentia Prouidentia.

piditas, cõſilij gubernatione regitur. Clementia eſt qua animi temere in odiũ concitati, comitate retinentur. Modeſtia eſt per quã pudor honeſt⁹ claram & ſtabilem comparat authoritatem. Clementia. Modeſtia.

Hæc ſunt quæ honeſta appellantur, propter ſe expetenda. Quæ his autem contraria ſunt, turpia nominantur, & ꝓpter ſe ſunt fugienda. Et quoniam virtutibus vitia ſunt finitima, non difficile erit quamuis rem vel ad laudem vel ad reprehenſionẽ retrahere: idq; vel à nominis deprauatiõe, vel ab aliqua circunſtantiarum. Sed hæc rhetorũ ſunt, & ex eorum præceptis mutuãda. Laudabile eſt quod conficit honeſtam & præſentem & ſequentem commemorationem. Id ex officio & v̄tute naſcitur, neq; vnquã ab honeſto ſeparatur. Laudabile. Vtilitas in conſeruatione præſentium, & comparatione ſequentium commodorum, & in eorum quæ ijs ſunt contraria, euitatione cõſiſtit. Cõmodorũ vero, quæ & bona appellantur, quædã ſunt corporis, vt forma, vires, facultas, & eiuſmodi: q̄dam animi, vt docilitas, celeritas ingenij, memoria felix, bonitas naturæ & indolis: ad hęc, quę noſtra paramus induſtria, eruditio, magnanimitas, temperãtia, ac cęterę virtutes: quędam fortunæ, vt honores, magiſtrat⁹, opes, amici, & eiuſmodi. Horum vt ꝗcq; tractãdum ſit, ne ſim prolixior, à rhetoribus peti iubebo. Tantùm argumentandi formas annotabo, quæ rhetori conueniant. nã eas quas in tres figuras digeſſit Ariſtoteles, magna ex parte frigent etiã in philoſophorum ſcholis. Quanquã hanc partem non reperi in exẽplari quod apud me fuit manu deſcriptum. Atque inter recognoſcendum planẽ comperi hoc ab alio Vtile.

quopiam aſſutum fuiſſe qui nactus ſit hęc in ſchedis meis, ex rhetorum præceptionibus in alium quempiam vſum decerpta. Non reſecuimus tamen, quòd in ijs magis deſideraremus aptam tractationem, quàm vtilitatem.

DE COMPLEXIONE, ET CAETERIS ARGVMENTATIONVM ORATORIARVM GENERIBVS.

Exempla. COMPLEXIO eſt, in qua vtrũuis cõceſſeris, reprehẽditur. Vare, ſi tibi bonus præceptor fui, quid inſectaris bene meritum? ſin malus, cur reuocas? Poëtas deſine calumniari: quos ſi ipſe didiciſti, cur in alijs reprehendis, quod ipſe feceris? ſin, quod magis credo, non didiciſti, cur quod ignoras, calumniaris? Pater, ſi maritum improbum noueras, cur me illi collocaſti? ſi probum, cur diſtrahis? Gabinium admonendum non cenſeo. nam ſi probus eſt, nõ eſt reprehendendus: ſin improbus, admonitionem tuam contemnet. Miſerum eſt habere vxorem. nam ſi formoſa ſit, metu angeris. ſin deformis, hoc ipſo miſer eris, quòd deformem habes. Si meminiſtis, obtundam: ſin obliti eſtis, quum re nihil egerim, quid v̄bis efficere poſſim? Stultũ eſt cuiquã abſenti obtrectare. nã ſi amicus eſt, cur p̄ſentẽ potiꝰ nõ admones? ſin inimicus, cur odiũ eiꝰ iritas, & illi nihil noces? De futuris euentis angi metu nõ debemus. etenim ſi bona ſint, fruſtra metuimus: ſin aduerſa, infelicitatem duplicamꝰ.

De falſa complexione. Deprauata autem complexio dicitur, quum aut

vtraq; pars,aut altera cōuerti poteſt,& in aduer ſarium retorqueri:vt illud apud Au.Gelliū:Intē do tibi litē.ſi perſuaſero me nihil debere,non red do mercedē,quia perſuaſi. ſin minus perſuaſero, nihil debeo. neq; enim didici artem. Sic vtraq; ps conuertitur:Si perſuaſeris te nihil debere, dabis, quia didiciſti artem. ſin minus perſuaſeris,rurſus accipiam,quia non perſuaſiſti. Accuſandus omnino non eſt.nā ſi veretur, quid eum accuſas qui probus eſt?ſi non veretur, quid eum accuſas, qui id parui æſtimet? Inuerte partem priorem:Imò ſi veretur, maxime eſt accuſandus, vt corrigatur. Inuerte poſteriorē ſic: Imo ſi non veret, hoc ipſo eſt accuſandus:quia improbus. Complexio, quæ ex oppoſitis partibus conſtabit,refelli nō poterit,vt hęc: Non ſum accuſandus ſi alter euenit q̃ putaui.Nā ſi ſciebas id nō profuturū, tu potius es accuſandus,qui quod Reipu.vtile videbas,præſens conticuiſti.ſin neſciebas,nec hic ſum accuſādus,cum & tu eiuſdem futurorū inſcitiæ reus ſis. Enumeratio eſt in qua pluribus rebus expoſitis, ac cæteris infirmatis, vna reliqua neceſſario confirmatur,hoc modo: Si illū ab hoc dicis occiſum, quum ſine cauſa nunquam ſuſcipiatur maleficiū, neceſſe eſt aut metu,aut odio,aut ſpe alicuius cōmodi,aut amici alicuius gratia ab hoc eſſe occiſū. ſed neq; odium,neq; metum,neq; ſpem interceſſiſſe,neq; ad amicum aliquem mortem eius pertinere probare poteris. relinquitur ergo ab hoc non eſſe occiſum. De enumeratione.

ALTERVM EXEMPLVM.

Quoniam hunc fundum conſtat meum fuiſſe, quem tu nunc poſſides,neceſſe eſt aut hæreditate

tibi obueniſſe, aut te vacuum occupaſſe, aut hunc emiſſe, aut vſu tuum feciſſe, aut certe me inde vi deieciſſe. Me viuo, mea res hæreditate tibi obuenire nõ potuit. Emptio nulla ꝓfertur. Vacuũ, qđ meum fuiſſe conſtat, poſſidere non potes. vſu tuũ nõ feciſti. Relinquitur igitur, vt vi me à mea poſſeſſione deieceris. Hęc argumentatio confutatur, ſi aut vnũ aliquod mẽbrũ quod ab aduerſario prę teritum erat, profertur: aut ſi vnum quippiam ex ijs quæ prolata ſunt, falſum oſtenditur. Vt ſi dicat eum agrum ſibi datum eſſe, quod ille in enumeratione prętererierat: aut ſi emptionẽ ꝓferat, quod alter in enumeratione negarat. *Simplex* concluſio eſt argumẽtatio in qua ex eo quod antecedit, aliquid cõſequi neceſſe eſt, hoc modo: Si hunc hominem in prouincia cõſtat fuiſſe occiſum, ab hoc qui tum Romę fuit, occidi nõ potuit. Item: Spirat, igitur nõ eſt mortuus. Peperit, igitur cũ viro cõcubuit. Cũ viro cõcupuit, igitur virgo non eſt. Homo eſt, igitur animal eſt. Poëtas nouit, igitur didicit. Hęc argumentatio confutatur, ſi non cohærere conſequens oſtenditur: vt, Si mater eſt, diligit filium. At Medea (dicit aduerſarius) filiũ interfecit. Poeta eſt, igitur laſciuus. At prudentius continentiſſimæ vitę fuit. Sunt enim quædã quæ probabiliter quidem, ac iuxta ſenſum communẽ, ſed neq; neceſſario, neq; perpetuo conſequuntur. Ferè fit, vt iuuenes illaqueentur amoribus: ſed reperias caſtiſſimis moribus præditos. Aut ſi quod antecedit, negabitur: vt ſi in primo exemplo dicat aduerſarius, eum non Romæ, ſed in prouincia fuiſſe. Subiectio eſt argumentatio in qua quęrimus quid pro aduerſario, aut contra nos di-

De ſimplici concluſione.

De ſubiectione.

ci poſſit. Deinde per ſigulas interrogationes pro pere ſubijcimus rationes, quibus id quod dictum eſt, nõ ita eſſe oſtẽdimus, hoc mado: Quæro igitur, vnde iſte ex tenui tam pecunioſus ſit factus? patrimonium amplum relictũ eſt? At patris bona venierũt. Hæreditas aliqua obuenit? At à ſuis exhæredatus eſt. Ex mercatura quam agere cõſtituit, quæſtum maximum conſecutus eſt? At ex ea re, quę habere videbat, omnino amiſit. Quare ſi is rationibus locupletatus non eſt, aut illi aurũ domi naſcit, aut vnde nõ oportuit, ſurripuit. Numeratur hæc argumẽtatio & inter exornationes. Nam quatenus aliquid colligimus, argumẽtatio eſt: quatenus ornatam conficit orationẽ, exornatio putatur. Neq; tantũ ad cõcludendũ adhibetur, quum non minus habeat dignitatis, hoc modo, Quid faciam miſer? taceã? inſtigem? purgem me? laterem lauem. Reprehẽditur hæc argumentatio, vt enumeratio, à qua non multũ differt, ſi aut aliquid prætermiſſum oſtẽditur, aut infirmatur aliquid ex enumeratis. Oppoſitio eſt argumẽtatio, in qua ex oppoſito propoſitionis ad ipſam propoſitionem reuertimur, hoc modo: Si eo tempore, quo hunc hominẽ in prouincia occiſum dicitis, Romę fui, relinquitur à me non occiſum fuiſſe. Hæc præpoſitio eſt, cui⁹ oppoſitum ſequitur. Nam ſi eo tempore quo hũc hominẽ in prouincia occiſum dicitis, in prouĩcia fuiſſem, a me occiſum ſuſpicari poteratis: nunc autem quũ eo tempore in prouincia nõ fuerim, nihil eſt quod hominem à me occiſum ſuſpicemini. De oppoſitione.

ALIVD EXEMPLVM

Oportet nouo exẽplo cõtra Cimbros Caium

Marium imperium cõtinuare. Nam ſi pax eſſet, & nullus nos ad nouas cogitationes cogeret, liceret autem facere quæ volumus: nunquam nobis Quirites nouandum aliquid dicerem cõtra exẽpla atque inſtituta maiorũ. Contẽtus enim eſſem moribus his, legibus, eáque cõſuetudine, quæ nobis à patribus tradita eſt. Nunc autem cum bellum acerrimum ſit, & hoſtes Italiam deuaſtent, quotidiéq; propius veniãt, ac iam vrbi imminere videantur: is qui omnibus imperatoribus antecellit, Caius Marius, vel contra inſtituta ciuitatis (ſilent enim leges inter arma) vt nos liberet, nouo quodam exemplo, hoc etiam anno cõſulatum ac imperium contra Cimbros accipiet. Etenim quæ non faceremus ſi pax eſſet, hęc nobis cum bellum ſit, neceſſario ſuſcipienda videntur.

Redit ad primam propoſitionem.

ALIVD EXEMPLVM.

Non ab inſignib⁹ modo, verũ etiã à leuiſſimis vitijs nobis temperandũ eſt. Nã ſi nulli nobis eſſẽt inimici, facile iſtis vitijs ignoſcerẽ, quæ & humana ſunt, & ipſa ætate penè excuſãtur. Nũc autem quũ in dignitate vitæ conſtitutus, à pluribus inuidis & maleuolis obſerueris, dãdã tibi operam cenſeo ne vel in minima culpa deprehẽdi queas.

Hæc propoſitio eſt oppoſitum.

ALIVD EXEMPLVM.

Grauiſſime omnino iſtam iniuriam ferã neceſſe eſt: quæ ſi mihi ab alieno quopiã, de quo nihil eſſem bene meritus, obiecta eſſet, æquiore animo ferrẽ. liceret enim inimicũ vlciſci, & ſimplex vulnus eſſet. Nũc autẽ quum ab eo hanc contumeliã acceperim, qui cũ ſũma mihi familiaritas fuit, & in quem tãtũ officiorũ contuli, quantũ in aliũ neminẽ, nõ moleſtiſſime ferre nõ poſſum. Duplica-

tur enim vulnus, quum iniuriæ ingratitudo ſumma additur: & eum quo amico ſum vſ9, ſine ſumma turpitudine non licet vlciſci.

ALIVD EXEMPLVM.

Haud æquũ eſt vt tibi meã operã ſine fructu cõmodẽ. Nã ſi referendi facultas tibi deeſſet, voluntas prompta adeſſet: voluntate cõtẽtus eſſem. Nunc autem quũ ſis opulentiſſimus, & id tibi ſuperſit qđ mihi deeſt, haud par eſt te gratis meũ officium poſtulare. Violatio, quam Græci βιαιον appellãt, eſt argumẽtatio in qua ex aduerſariorũ ratione, nõ id quod ipſi volũt, ſe quod nobis vtile eſt ſequi, demõſtramus. Hæc in cõfutatione ſolum adhibetur. Violatio.

EXEMPLVM.

Non eſt ducẽda vxor. ratio, eo quòd ex connubio in orbitatẽ & luctum incidamus. Imò eo maxime eſt vxor ducenda, quæ filijs alijs procreatis luctum orbitatis à nobis expellit.

ALIVD EXEMPLVM.

Nõ ſunt legendi poëtæ demulcent enin legentis animum, & alliciunt. Imò ob id ipſum ſunt legendi, quia demulcent animum.

ALIVD EXEMPLVM.

Nihil eſt magni tẽtandũ cuiq̃, eo ꝙ breuis ſit hoĩs vita. Imò tãto magis aliquid egregij tentandũ erit, vt quũ diu viuere nõ poſſimus, aliquid relinquam9 quo nos vixiſſe teſtemur. Et iterũ, Dãnandus eſt: accidit hominem. imò præmio donãdus, quia tyrannum hominem occidit. Inductio eſt argumentatio quæ rebus non dubijs conceſſis, propter ſimilitudinem, rem quæ dubia erat, comprobat. Dic mihi prætor, varijs ſentẽtijs pugnãdũ, neceſſi illo die inter nos diſſenſiſſemus, De inductione.

vtrius ſententiæ ſtaretur? Nõ eſt dubiũ (inquis) quin conſulis. Quòd ſi diuerſa fuiſſet auſpicia, & mea quidem pugnandũ eo die ſignificaſſent: tua, quieſcẽdum: meis ne auſpicijs pugnãdum fuiſſet, an tuis quieſcendũ? Meis ſcilicet, quia conſul fui, parendum dices. Age vero, ſi meis auſpicijs, mea ſententia pugnatum proſpere eſt, æquũm ne tibi videtur, eum honorem ex ea re aſſequi, cuius nec ſententia, nec auſpicijs quicquam actum eſt?

ALTERVM EXEMPLVM.

Dic mihi ſenex ingratiſſime, ſi nihil in te benefi- cij collocaſſem, num tu me iniuriũ vocaſſes? Nõ, inquies. Neque enim iniuria videri poteſt, ſi nihil de eo bene merearis, cui nihil debes. Nunc igitur quum vltro plurimũ in te officij contulerim, nõ æquũ eſt te nihil ſuccenſere, quòd benefacere de- De collectione. ſierim, qui ſuccẽſere non poteras etiam ſi nũquã benefacere cœpiſſem. Collatio eſt argumentatio quæ rationibus & expolitione abſoluit. Hæc in quinque partes diſtributa eſt: propoſitionem, ratio- nem, rationis confirmationẽ, expolitionẽ, & con cluſionẽ. Propoſitio eſt per quã ſummatim oſtẽ- dimus quid ſit quod probare volumus. Ratio eſt quæ demõſtrat verum id eſſe quod propoſuimus, vno aut pluribus argumentis. Rationis cõfirma- tio, quæ rationem expoſitam corroborat. Expoli- tio eſt quę rei locupletãdę & honeſtãdæ cauſa ſu- mitur. Concluſio eſt quæ poſtremo diffuſius di- ctas breuiter colligit partes argumentationis.

EXEMPLVM.

Propoſitio. Quoniam breuiter docui, iudices, qua de cauſa ſemper Vlyſſes Aiacem extinctum voluerit, nũc ne quid vobis impedimento ſit quin eum ab hoc

interfectum vel hac luce clarius videatis: potuiſſe quoq; quod voluerit facilè perficere, q̃ breuiſſime oſtendam. Nam is quũ ſine ſocijs acerrimũ virũ videret, tum demum cogitauit poſſe eũ incautũ opprimi. Etenim quũ arborũ frequẽtiam proſpectum omnẽ eripere videret, tum eum ſecurum, alijs cogitationibus occupatũ, nõ antè quicq̃ aduerſi ſuſpicaturum arbitrabat̃, q̃ ei gladiũ occultus infigeret. Itaque ſolitudo loci, obſcuritas, inſidiæ præparatę, ac dolus, acerrimi & capitalis inimici nihil metuẽtis ſolitudo & ſecuritas, poteſtatem interimendi fortiſſimum virũ deterrimo omnium atq; perfidiſſimo præbuerũt. Nõ credat hoc quiſquã niſi conſtet nihil eſſe Vlyſſis animo ſceleratius, atq; improbius. Cuius rei digna mors Palamedis præclarũ teſtimoniũ eſt, quũ ſingularis prudẽtię virũ dolo atq; inſidijs cõfiſus, vel publico iudicio ſuperare poſſe ſperauerit. Quod ſi nõ in ſyluis, neq; in ſolitudine, ſed in celeberrimo loco, cũctis ſpectãtib⁹, publico iudicio, ſapientiſſimũ hominẽ ſuperare poſſe credidit, quãto magis ſolũ, atq; incautũ, idq; in latebris interimere poſſe ſperauit? prẽſertim quũ Palamedis ĩiuſta nex animum ad maius facin⁹ audendum accenderit. Quare ſi ſyluam, ſi ſolitudinem, ſi illũ inermẽ, incautum, hunc præmeditatum hæc omnia, paratũmq; fuiſſe intellexiſtis, nolite ampli⁹ dubitare iudices Aiacem ab Vlyce occidi potuiſſe.

Ratio. Cõfirmatio. Expoſitio. Cõcluſio.

ALIVD EXEMPLVM.

Nihil demẽtius eſt, quàm de improbo homine benemereri. Quiſquis enĩ id facit, ſuo officio, ſuóq; ſumptu hoſtẽ ſibi facit eum, quem neque amicum, neq; inimicũ habere licuit. Nam ſi eum

Propoſitio. Ratio.

ſuis officijs nullis deuinxiſſet, nihil cum inprobo commercij fuiſſet. Nunc cum is ei ſe deuictum ſentiat, cui gratias referre nolit, cui debitorem videri pudeat, neceſſe eſt vt eiuſmodi hominem extinctum velit, ne ſit, cui debere ſuperbiſſimus ſimul & ingratiſſim⁹ homo videatur. Id ſi cui obſcurum videtur, Trebonij hominis innocētiſſimi caſu liquidò poterit intelligere: qui cū Varum ſenem, omnium quos terra ſuſtinet, ingratiſſimū, amicum etiam habere potuiſſet, ſi nihil de eo merit⁹ eſſet, eum ſuis ſummis beneficijs acerrimum effecit inimicum. Itaque quanto ſe deuinctiorem illi intelligit, cui homo ſuperbiſſimus minime velit, tanto diligentius in eius perniciem iucumbit. Quis eum hominem ſane mētis iudicaret, qui latroni gladiū, quo ipſum iugularet, vltro miniſtraret? Nihilo plus ſapit is qui improbum & ingratū demerens, cauſam illi prębet cur ſe perditum velit. Quare cum noſtro beneficio ſummum malū nobis parari intelligamus: & quēadmodū amico noſtro ceſſerit, videamus: ipſo Oreſte videbitur inſaniores, ſi poſthac improbū hominem noſtris beneficicijs demerere velimus.

Cōfirmatio. Expolitio. Concluſio.

ALIVD EXEMPLVM.

Propoſitio. Sapientis eſt, famę ſuę longe diligentius, quàm opibus ſuis, non minus vero diligenter quā vitæ conſulere. Ratio. Minus ſiquidem damni & incommodi accipit qui pecuniam aut etiam vitam amittit, quàm qui famā. Pecunia enim amiſſa ſarciri poteſt, fama ſemel amiſſa in integrū reſtituitur nūquam. Cōfirmatio. Et vita quidem corporis quum certos à natura terminos acceperit, in longū tempus extēdi nequit, Famæ vero hominis, quę eſt altera

&potior vita noſtra,etiam poſt cineres & rogũ ſupereſt. Vitam igitur quiſquis eripit, rẽ adimit qua, nullo etiam auferẽte,diu frui nõ poteram9. At famã qui eripit,re immortali & pulcherrima nos ſpoliat. Quod veteres recte intellexiſſe mihi videntur,qui non pecuniam modo, verum etiam vitam ipſam effundere nõ dubitabãt quò nomen ſuũ quàm maxime prorogarent. Multos fuiſſe eo animo legimus,vt poſtq̃ ſe fama ſpoliatos viderent, ne cauſam quidẽ eſſe putarent cur diutius in vita manerent. Adeo grauius famæ q̃ vitæ diſpendium iudicabãt. Quòd ſi homines ijs rebus maxime timere videm9,quæ cum ſint preſtioſiſſimę,facillime tamen perdũtur,ac difficillime reſtituuntur:ſapiens exiſtimandus nõ eſt,qui famæ,q̃ neq; reſtitui poteſt ſemel amiſſa,& qua nihil habet homo pretioſius,non multo diligentius conſulendum putat,quàm pecuniæ,aut etiã vitæ. Poſt etiam tribus duntaxat aut quatuor partibus cõfici collectio,ſi vel cõfirmatio, vel expolitio,vel vtraq; omittitur. Ratiocinatio eſt argumentatio perfectiſſima, quæ accõmodatiõe aſſumptionis,ad id quod propoſitum eſt,elicit concluſionẽ. Hæc quoq; ſicut collectio paucioribus partibus conſtare poteſt: tamẽ ea quę perfectiſſima putatur,quinq; partibus conſumitur:propoſitione,ratione, propoſitionis aſſumptione,aſſũptionis ratione,& complexione. Propoſitio eſt per quam breuiter is locus pręponitur,ex quo omnis emanat vis argumẽtationis. Ratio eſt quæ demõſtrat verũ eſſe quod propoſuim9,vno,pluribúſve argumentis. Aſſumptio eſt oratio per quã id quod ex propoſitione ad oſtendendũ per

Expoſitio

Concluſio.

De ratiocinatione.

Propoſitio.

Ratio.

Aſſumptio.

tinet,aſſumitur. Aſſumptionis ratio eſt per quã
Complexio. id quod aſſumptum eſt,confirmatur. Cõplectio
eſt per quam id quod ex tota argumentatiõe cõficitur, exponimus, hoc modo. Omnes qui cauſam habent ad ſuſcipiendũ facinus, ſi vita eorum à maleficio nõ abhorret,libenter maleficium ſuſcipere ſolent. At Vlyſſes interficiẽdi Aiacis ſummam cauſam habuit:nec eſt homicidium ab eius vita alienũ. Vlyſſes igitur interficiẽdi Aiacis maleficiũ ſuſcepit. Hæc eſt ratiocinatio tripartita omiſſis rationibus. Hanc quinq; partibus hoc pacto tractabimus.
Propoſitio. Omnes homines,iudices,quorum vita per conſuetudinẽ à ſcelere nõ abhorret, odio ſic mouẽtur,vt vehemẽter exoptent ſuas ini
Ratio. micitias quouis explere facinore. Nam eiuſmodi homines,qui manus ſẽper iniuſto ſanguine cruentas habere conſueti ſunt,quum nõ poſſint à vitio animi recedere:non ſolum quum aut ita accidit vt commodũ conſequãtur,aut incommodum maleficio vitent, mouentur ad facinus: verũetiã ipſi cauſas quærunt quibus ſocio iniurias manus adferant. Etenim ſi boni viri cauendum putant, vt ne cauſam quidem habeant qua prætermittere officiũ cõpellãtur,hos crudeles viros, hos iniquos,qui ſemper ſanguine gaudent,nõ mirũ eſt interficiendi hominis cauſam quærere. Præterea ſi boni nõnũquã metu,aut inimicitijs à recta via qua ſemper vixerunt,depulſi ſunt,quis nõ credat homines prauos commodo ſuo mouere vt cõſeruare conſuetudinẽ ſuam velint? Illi virtutẽ ſibi ſolitã vtilitate decepti comittunt: hi officium quod nunquã obſeruauerunt, quum vtilitatem ſcelere adiſpiſci ſe poſſe intelligunt,obſeruabunt? Vide-

licet ignoratis, iudices, quāta vis ſit iræ? quid inimicitiæ poſſint? quid odium pariat? Non dico hic beluas ira & odio moueri, vt alteri noceant. Non dico multos ſapientiſſimos viros odio atq; ira pmotos tēperare ſibi nō potuiſſe. Præterire meli⁹ eſt, quot vrbes, quot regna, quot gentes infectæ odio iacent. Quare, iudices, ſi etiam bonos inimicitijs corrumpi videtis, huiuſmodi homines qui per conſuetudinē à maleficio abeſſe nō poſſunt, odio motos obtruncare inimicū voluiſſe dubitatis? At Vlyſſes acerrimus inimic⁹, capitaliq; odio ab Aiace diſſidebat. Scitis enim omnes, ſcitis, nec opus eſt vt altius rem vobis aperiam, quem in illum animum geſſit poſt iniquiſſimam illam contentionē armorum. Scitis timidum hunc hominem, qui nihil vnquam virtute animi, omnia fraude egerat, fortiſſimum hominem, acerrimum hoſtem, inimicorum perſecutorem, iniuria laceſſitū vehemēter extimuiſſe. Intelligebat enim, niſi vitam illi eriperet, ſe incolumem eſſe non poſſe. Cō ſueuerat, ſi manifeſte non poterat, quouis modo aduerſarios aggredi. cui rei Palamedis indigna mors teſtimonio eſt, quē quū prudentia omnes ſuperare videbat, nō ignoratis qua ꝓditione, quibus inſidijs, qua inuidia motus occiderit. Atq; ex illo nullum periculum metuebat: Aiacis metu cōficiebatur. Hac in re inuidia, odium, ira, & met⁹ ſimul concurrunt. In Palamedem inuidia ſolum mouebatur. Quare iudices, huiuſmodi homines vel parua de cauſa maleficia ſuſcipere ſolent. Hic autē odio acerbo Aiacis, ac metu perculſus erat. Non eſt audiendus, ſi neget ſe Aiacem interficere voluiſſe. Propoſitiones autem à principali-

Aſſumptio.

Complexio.

De propoſitionis inuentione.

bus cauſarum locis inueniuntur, vt in cõiecturali ſtatu, à petitione teſtium, hoc modo: Sine teſtib⁹ non eſt audiendus aduerſarius. In negotiali cõſtitutione, a lege, hoc pacto: Nõ oportet aliquid innouari contra leges. His cõtraria, vt, nõ ſunt omnis rei petẽdi teſtes. plurima enim flagitia occulte cõmittũt. Et hoc tẽpore cõtra leges aliquid innouare oportet. Si vero id quod ab aduerſarijs ꝓpoſitum eſt, aut ꝓponi poterat, refellere voluerimus, tum vtendum erit ꝓpoſitione, ſublatione, oppoſita propoſitione, ſolutione. Propoſitio eſt ſublationis pollicitatio. Exemplum. Nec me clã eſt quid callidiſſimus ſenex calumniet. Sublatio eſt aduerſarij. Exemplũ, non debuiſſe me contrà pactionem diſcedere. Oppoſita propoſitio eſt ſolutionis pollicitatio: vt, Verum id ꝙ friuolum ſit, non eſt difficile oſtendere. Solutionem ſecundarijs locis confirmabimus, hoc modo. Ridicule eñ mihi pactionem allegat, quam ipſe prior ſoluit. Conuenerat vt bienniũ abs me doceretur, fateor: verum ea lege, vt ille mores in melius mutaret. Nunc quum ex malo factus ſit peſſimus, ab vtro noſtrum eſt pactio violata? nempe ab iſto.

De exornanda propoſitione.

ALIVD EXEMPLVM.

Nec audiendos theologos puto, qui poëtas legẽdos negent, ꝗ verborum nitore legẽtis animum vehemẽter alliciant. Quid enim magis ꝓ poëtis dici poteſt? Nã ſi, vt fatentur, poëtæ mira quadã dicendi politie venuſtateꝗ delectant: quũ ea voluptas non modo à turpitudine abſit, verum etiã ſummam adferat vtilitatem, cauſa eſt oſtenſa cur maxime poëtas legere debeamus. Rationes porro quibus propoſitiones confirmantur, inueniũ

De rationũ inuentione.

tur à circunſtantijs,quæ ſex numerari ſolent, p- ſona,res,cauſa,locus,tempus,modus. quibus ad- ditur à nonnullis ſeptima, materia. Perſona eſt, quæ ad aliquã rem confirmandam vel infirman- dã capitur,hominis cõditio. Perſona eſt duplex. Vna extra cauſam, vt maiorum aliorum iudicũ, auditorũ. Alia in cauſa,vt accuſatoris,rei, iudicis, teſtium. Perſona in decẽ partes diſtribuitur, no- men,naturam,victum,fortunam,habitum, affe- ctionem,ſtudia,facta,caſus,orationes. Additur & conſilium. Nomen proprium, vt Cato ſapiens, Ariſtides iuſtus, Metellus Numidicus pius, Pom ponius Atticus, Melanius polynices, Petrus Cã- didus. Nomen commune ciuitatis,aut gentis,aut prouinciæ,vt Pœnus perfidus, Græcus leuis, A- thenięſes ſtudioſi, Romani bellaces. Ab his ſępe rationem ducimus,maxime in genere demõſtra- tiuo, nomen fortuito impoſitum in calumniam trahentes:vt, Hic vero nomine Niger,nomen ex re habet. Credo hoc nomen non fortuito,ſed prę ſagio quodam & omine contigiſſe. Aut inuerti- mus nomen:vt falſo nomine Innocentius,quum nihil ſit eo nocentius. Candidus,quũ præter no- men nihil habeat candidi. Aut per antiphraſin, vt Vigilantius dictus,quũ Dormitantius merito debeat appellari. Fingim⁹ & ipſi nomina: de quo ſuo loco dicemus. Nihil enim ad rationum inuẽ- tiones ea res attinet. Natura aut diuina,aut huma na, & mortalis eſt. Diuina ſumitur ex augurijs, extis,ominibus, prodigijs, oraculis diuinitus di- ctis. Mortalis natura diuiditur in ſexũ,vt vir,mu- lier. Nationem, vt Græcus, Barbarus. Patriam, vt Romanus, Athenienſis. Cognationem, vt

Perſona.

Quæ conſi deranda in vnaquaque perſona.

Nomen.

Natura.

nobilis, ignobilis. Aetatẽ, vt puer, iuuenis, ſenex. Dignitatem, quæ in cõmoda animi & corporis diſtribuitur, ſiue etiam incõmoda. Animi autem commoda, & incommoda ſunt: vt acutus, hebes, memor, obliuioſus, prudens, ſtultus, timidus, audax: dum hæc inſunt à natura, non induſtria cõparata. Corporis autem ſunt valetudo, imbecilitas, longitudo, breuitas, formoſitas, velocitas, tarditas, candor, fuſcedo. itẽ & naſutus, hirſut⁹, glaucus, & huiuſmodi.

Victus. Vict⁹ diſtribuitur in educationem. apud quos, quo modo, & cætera. In vſum: vt quo in negotio, quo quęſtu ſit occupatus, & cętera. In mores, vt libidinoſus, an frugi: auarus, an liberalis, & eiuſmodi.

Fortuna. In fortuna conſiderandum eſt ſeru⁹ ne ſit, an liber: pecunioſus, an tenuis: exul, abdicatus, an ſecus: priuatus, an cum poteſtate: fortunatus, an infortunatus.

Adfectio. Adfectio eſt animi & corporis ex tẽpore aliqua mutatio, vt vultus lętus, triſtis, cupiditas, met⁹, titubatio, pallor, rubor, tremor, oculorũ ſuffuſio, geſtus inſolitus, inceſſus modo citus, modo tardus: quę inter ſigna cõiecturalia numerãtur.

Habitus. Habitus virtutes & vitia corporis & animi cõplectitur, quę nõ inſunt à natura, ſed induſtria ſunt cõparata, vt velocitas, robur, ingenium, memoria, probitas, eruditio, facundia, & huiuſmodi.

Studium. Studium eſt vehemens animi ad rem quampiam applicatio, vt medicus, orator, poëta, theologus, miles, vel equorũ ſtudioſus, & eiuſmodi.

Facta, caſus & rationes. Facta, caſus, & rationes, ex trib⁹ temporibus cõſiderãtur. Ex præterito, quid fecerit, quid illi acciderit, quid dixerit. Ex præſenti, quid faciat, eueniat, quid dicat. Ex futuro, quid facturus ſit, quid illi euenturum ſit, quæ dicturus

ſit aut ipſe, aut ei⁹ ſocij, ciues, maiores, amici, inimici. Cōſilium eſt faciendi excogitata ratio. Res eſt totius negotij certis ſignis conflata cōplexio: quæ potiſſimū in epilogis adhiberi ſolet. Cauſa diuiditur in impulſionē, & ratiocinationem. Impulſio eſt temerarius impetus animi ad aliquid faciendum, aut nōfaciendum, vt ira, cupiditas, violentia, timor, furor, & omnis animi perturbatio. Ratiocinatio eſt quæ cōmodorum comparatione, aut incōmodorū vitatione, ad rem hortatur. Ea conſiſtit in commodorū adeptione, retentione, augmento: aut incommodorum euitatione, reiectione, diminutione. Eſt autem duplex cauſa, principalis, & acceſſoria. Principalis, vt occidit hominē ex quo pecuniæ maximam ſummā ſperabat. Acceſſoria, Præterea non ignorans ſe Clodio huius inimico acerrimo rem gratam facturū. Locus, oportun⁹, an importunus, anguſtus, ampl⁹, nemoroſus, mōtuoſus: lōginqu⁹ an ꝓpīqu⁹, celebris an deſertus, ſacer an ꝓphanus, publicus an priuatus. Modus, clàm an vi, palàm an occultè, perſuaſione an ſpōte, audacter an captioſè, inſciēs an prudēs, amore an odio. Materia, fuſte an gladio, arcu, veneno, incantationibus. Nunc quomodo rationes à circunſtantijs inueniantur, exēpla ſubijciamus. Proditor es patriæ Catilina. niſi huius rei teſtes Cicero ꝓduxerit, nō eſt audiēd⁹. Ea enim nobilitate, his maioribus natus ſum, vt ſine teſtibus id de me ſuſpicari non debeatis. Atq; ideo magis expellendus eſt Cicero, quum hæc ſine teſtibus dicat, quòd mihi ſemper inimicus fuerit, & nobilitati (vtpote nouus homo) infeſtus. Nam veſtræ prudentiæ iudices eſt eam po-

Conſilium. Res. Cauſa. Impulſio. Ratiocinatio Locus. Modus. Materia. Propoſitio. Ratio a perſona rei. A perſona aduerſarij. A perſona iudicum.

teſtatem talibus viris non concedere, ne fictis ar-
A re. gumentis nobiles homines circumueniant. Non enim tanti ſceleris ſuſpicionem ſine teſtibus ap-
A loco. probare debetis, præſertim in hac Republica, in qua leges ſanctiſſime ſemper ſunt conſeruatę. At-
A cauſa. que ideo magis expellendus, ne ſi fictis argumentis locus dabitur, multos noſtrum hi noui homi-
A tempore. nes inuadere conentur, ijs præſertim temporib⁹, quibus ignobilium animi in nobilitatem ſunt accenſi: & ea licentia viuitur, vt nemo falſa crimina non excogitet. De circunſtantijs hactenus, vn-
De inuentione cõfirmationum. de rationes propoſitionum inueniũtur. Nunc de confirmationum inuentione. Profluit autem omnis confirmatio ab ijs locis, ab exemplo, minori, maiori, æquali, & contrario.

EXEMPLVM.

Propoſitio. Oportet tempore belli ad ciuitatis emolumen-
Ratio a perſona. tum aliquid innouare. Et maxime nobis Romanis id licet, qui ſemper ad vtilitatẽ Reipu. aliquid
Ab exẽplo. noui ſolem⁹ excogitare. Maiores enim noſtri ex cõmodo Reip. reges expulerunt, & decemuiros cõtinuare imperium paſſi ſunt: & tribunos plebis ſacroſanctos cõſtituerunt. Scipionem ante temp⁹
A minori. conſulem creauerunt. Si paterfamilias multa ẽ re
Confirmatio a contrario. ſua innouare nõ veretur: ſenatus ob Reipub. cõmodũ quippiã innouare non audebit? Si tempore pacis innouare quicquã ſolemus, tempore bel-
De inuentione expolitionis. li, quũ res poſtulat, eſt innouãdũ. Profluit expolitio à circũſtantijs, vnde & rationes. Eſt autẽ expolitio, quiddam ex ratione cõfirmationeque cõflatũ, hoc modo: Cõtinuare Scipioni imperiũ vel cõtra
Confirmatio leges oportet. Nam & maiores noſtri ex vtilitate Reip. decẽuiros facile cõtinuare imperiũ paſſi

ſunt. Atq; illi tunc in pace, nos coacti bello quid faciemus? Et illi ad ornandã Remp. nos ad defendã libertatẽ faciemus. Et illi decẽuiros continuare imperiũ ſimul paſſi ſunt, nos vnũ ſolũmodo non patiemur? Et illi Appiũ Claudiũ hominẽ vt res docuit, libidine perditũ, atq; tyrannicũ: nos Scipionẽ, qui ea cõtinẽtiæ exempla dedit Numãtiæ, vt omniũ ꝓbatiſſimus videretur. In exornationib⁹ vero lõge aliter de expolitione præcipit. Hoc monẽd⁹ eſt ſtudioſus, ſicut ad vnã ꝓpoſitionem confirmãdã plures rationes adferri poſſe, ita vnãquãq; rationem pluribus cõfirmationibus poſſe muniri: & item ad confirmandas ſingulas, plures expolitiones poſſe adhiberi. Verũ queãdmodũ rationes propoſitionibus breuitatis cauſa nonnunquã admiſcentur, ita cõfirmatio rationi, cõfirmationi expolitio intexitur. Eſt igiẽ hoc loco expolitio, ſiue enthymema, oratio quę à circũſtãtijs ad cõfirmationẽ nõ ſine collatione fertur. Epẽthymema eſt quædã addita enthymemati acuta excogitatio. Exempli cauſa, Coriolani factũ plus q̃ hoſtile nobis videri debet. tyrannicũ enim eſt patriam expugnare. Hoſtes enim oppugnandi non ſunt: quibus hic maiori odio eſt proſequendus, ꝗ illi alienam, hic ſuam patriã oppugnat: & cui plurimum debet, hanc euertere conatur. Fluit quidem cõprehẽſio à circunſtantijs, ſed approbatur à quadam, aut totius in minora, vel pauciora, inciſione, aut ſimilium enumeratione, aut fictoria ratione, quæ oppoſitum rei confingat.

Expolitio ex tempore.
A re.
A perſona.
De enthymemate, & epẽthymemate
Propoſitio.
Ratio a re.
Cõfirmatio a contrario.
De comprehenſione.

EXEMPLVM.

Simulat, non amat puella: quę ſi virum quempiam amaret, non ego te veneficij accuſarem. Si

A fictoria ratione.

A ſimilium enumeratione. — te ipſum arderet, artes tuæ mihi ſuſpectæ non eſſent. Si alium quendā furorē fureret, ſi alia ægritudine laboraret, non te accuſarem. Pater tres ſemel interfecit filios. ſi duos interfeciſſet, ſi vnum ſolum, ſi non filium, tamē moleſtè ferretis. Miſit centum talenta Philippus Athenienſibus, quib⁹ Demoſthenes ſibi traderetur. Non ſi mille daret, non ſi decē millia, non ſi ciuitates, gentes, ꝓuincias, regna ſimul omnia cōferret, Demoſthenē, qui Gręcię libertatem tum prudentia ſua, tū eloquentia tutatus eſt, tradituros putarem. His ego talentis, non dico Hyperidem, aut Aeſchinē, ſed ne plebeium quidem quempiā, aut opificem aut omnino ciuem infimum traderem.

Ab inciſione toti⁹ in pauciora.

Ab inciſione in plura.

Ab inciſione in minora.

A ſimilium enumeratione.

ALIVD EXEMPLVM.

Ego ſi tuos filios (ſi modo tui dicendi ſunt, quos crudeliſſimè trucidaſti) aut v̄berib⁹ affeciſſes, aut exilio & abdicatione notaſſes, moleſtè tamen etiā ferrem tot pulcherrimos iuuenes vel clariſſimo patriæ ſolo priuari, vel indignè verberibus cædi. Nunc vero quum non abdicatione, nō exilio, nō verberibus, ſed morte tres ſimul abſtuleris, non expoſtulem? nō accuſem? nō grauiter feram? Et ꝙ ſi vnum interfeciſſes, exclamarem: nunc trib⁹ necatis ſilebo? Inueniūtur item argumēta & rationes à locis topicis, nempe à genere, ſpecie, differētia, proprio, definitione, toto, partibus, cauſis, effectis vſibus, iunctis, iudicato, ſimili, maiori, minore, pari, proportione, oppoſitis, tranſumptione, caſu, coniugatis, diuiſione. Genus eſt quod continet ſpeciem. Ad generis negationem cōſequitur & ſpeciei remotio, non contrà: vt, virtus nō eſt, igitur nec iuſtitia. Animal nō eſt, igr̄ nec homo.

Ab inciſione totius ī pauciora.

A genere.

Remota ſpecie nõ cõſequimur remotio generis, ſed affirmata ſpecie ſequitur affirmatio generis. Iuſtitia non eſt, igitur virtus non eſt, non cõſequitur: iuſtitia eſt, igitur virtus eſt, cõſequitur. Ad remotionem tamẽ totius generis cõſequitur remotio cuiuſlibet ſpeciei. Rurſus ad affirmationẽ totius generis, conſequitur affirmatio vniuſcuiuſque ſpeciei, vt, omne argentum legauit, igitur & cęlatum legauit. Omnibus ſcientijs operã dare iubemur, igitur & poëtice. Nulla virtus eſt principi negligenda, igitur nec clementia. Remouetur tamẽ neceſſariò genus, quis formas eius omnes per enumerationem negauerit, hoc modo: Nam quod nec ratione vtitur, nec brutũ eſt, id ne animal quidẽ eſt. Differentia eſt qua genus diducitur in ſpeciem. A differentia æqualiter infertur & remouetur ſpecies, quam conſtituit. Genus autem cõprobatur, non improbatur, vt ſuprà dictũ eſt de ſpecie: vt, ſi ſentit, eſt animal: ſi ratione caret, homo non eſt. Ratione non caret, igitur & animal eſt. Nam ſi ratione caret, non ſtatim animal nõ erit. A ſpecie A differẽtia

Propriũ eſt quod ſoli ſpeciei accidit, vt homini riſus. Id, quemadmodum differentia, id cuius eſt proprium poſitũ, infert, remotũ aufert: vt, quod riſibile eſt, id hominẽ eſſe neceſſe eſt. Quod riſibile nõ eſt, id ne homo quidẽ dici poteſt. Si tyrãnicidæ propriũ eſt tyrãnũ occidere, hic tyrãnũ occidit, igitur pręmio donãdus. Hoc quoniam proprium non eſt, ſic confutabimus: Si tyrãnum occidere, tirannicidæ propriũ eſt: carnifices, quibus tyrannos occidendos tradimus, tyrannũ occidũt: carnifices igitur pręmium accipiant. Definitio eſt cuiuſque rei breuiter & abſolute poteſtatem com- A proprio. A definitiõe

pleɛtens oratio. Hęc cum re definita conuertatur neceſſe eſt: vt, Si animal rationale eſt, igitur & homo. Quod nec animal eſt, nec rationale, id homo non erit. Si homo eſt, ergo & animal rationale. Si homo nō eſt, igitur ne animal quidem rationale. Definitio confutatur, ſi aut verum proprium, aut differentia vera, aut gen9 verum poſitum nō eſt: ſi quid in altero continetur, aut excluditur, quod non idē in altero contineatur, aut excludatur, hoc modo: Monetā omnem vxori legauit: cælatū autem argentū moneta eſt: argentum igitur cælatum omne legauit. Neq; enim omne cęlatū argētū moneta dicitur. Nam patera, & huiuſmodi, cælatū argentum eſt, nec tamen iſta monetā vocāt. Cōſtituūtur & definitiones ex accidentibus, quæ ſi huiuſmodi ſint, vt cum re definita conuertantur, valet conſequutio: vt, homo eſt animal bipes, erectū, ſine pēnis. Pſitacus auis eſt viridis, roſtro adunco, collo rubro, torque inſigni in ſenecta quę altero pede cibū tenens veſcitur. Cōſtituuntur & definitiones ex enumeratis abſolute partibus, ſpeciebus, ſiue formis: vt, Reſpublica eſt, quę vnius, aut paucorū, aut populi poteſtate regitur. Hoc genus facilè cōfutatur, ſi qua ſpecies in enumeratione præterita additur. Exemplum. Iniurię ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut conuitio aures afficiūt. Confutatur. Quid ſi quis filiam tuam rapiat? iiuria nō erit? Etymologia eſt nominis interpretatio, ſiue notatio: vt, Hic Chryſogon9 eſt appellatus, quòd aurum vndecunq; pariat. Nam χρυσος græce arum, γόνος fœtum ſignificat. Fingit, igitur poëta. De deo diſputat, igitur theolog9. Medetur, ergo medicus. A toto inferūtur partes

A deſcriptione.

Alterum deſcriptionis genus.

Ab etymologia.

A toto.

nō remouētur,hoc modo: Si tota Reſpublica cō-
ſilio gubernāda eſt,ergo & domus, & vnuſquiſq;
ciuium.Non tamen quoniam tota reſpub.fortu-
næ cōmittenda non eſt,idcirco nec tu te caſui cō-
mittes.Neq; enim quia tota dom⁹ redintegrāda
nō eſt,igitur nec paries vn⁹. Verum partes ſi vni
uerſę colligātur, totū inferunt:ſi vniuerſę remo-
ueantur,totum auferunt. Cōſyderātur autē par-
tes à tēpore,à quantitate,à loco:vt,Si neq; in cę-
lo,neq; in terra inuenitur,nuſquā igitur inueniri
poterit.Cauſa & affectum cōuertuntur, ſi modo A cauſa.
eiuſmodi ſit cauſa,vt ab ea vna fluat effect⁹,& ea
ſola ſit idonea ad producēdum effectum. Ea qua-
drifariam diuiditur,in efficientē,materialem,for
malem,& finalem.Ab efficiēte cauſa:vt,Nō po- Ab efficiēte
teſt non eſſe dies exorto ſole. Nec virgo eſt ſi cū
viro cōcubuit.Si ſapientia virum bonum facit,&
ipſa bona eſt.Corpus in lumine eſt,ergo facit vm
brā.Valuptas infamiā gignit,igit fugienda. Vir
tus honorē adfert,igitur appetēda. Colorat⁹ eſt,
igitur fuit in ſole. Puluerulēt⁹ eſt,igitur in itinere
fuit.nō eſt cōſequens.harū enim rerū plures poſ-
ſunt eſſe cauſæ.Sublata materia, & effectus neceſ A materia.
ſario aufertur:vt, Lignum nullum habuit,nec na
ues,igitur potuit fabricare.Ferrū cū deſit,qui poſ
ſunt gladios cudere? A forma:vt,Aperte mentiū- A forma.
tur poëtæ volaſſe Dędalū.nā quod natura negat,
nemo poteſt facere.A fine ducūtur argumēta:vt, A fine.
Felicitas eſt expetenda, igitur & virtus.Non ma-
lum eſt viuere,igitur nec comedere. Bona eſt me
dicina,nam & ſalus bona eſt.Bona eſt pax,igitur
& bellum vtile.Hæc argumētatio in coniectura-
li ſtatu potiſſimū adhibetur.Ab vſibus: vt,Equi- Ab vſibus

tare oportet,igitur & qui habendi. Nauigare cō-uenit,igitur & naues parare cōuenit. Tueri vitā licet,igitur & gladium ferre licet. Veterem theo-logiam ſcire pulchrum, ergo & poëtas didiciſſe pulchrum erit. A generatione ad corruptionem: vt, Malum eſt extiguere Rempublicā,igitur bo-na eſt Reſpublica. Cōcordia ciuium optima,cur non igitur & ciuitas? Ab adiunctis: vt, Cæſarem ſapientiſſimum fuiſſe conſtat, quē nullius vnquā rei pœnituerit. Stultus Antoni9,qui nihil vnquā geſſit cuius non poſtea pœnituerit. Pallet,cogita būd9 ſedet,ſubinde animum mutat: igitur amat. Expalluit,titubauit,trepidauit: igitur conſcius ſi-bi fuit. Si tibi famā meam cōtaminare licuit,mi-hi expurgare non licebit? Quē quis amat,non læ-dit: quem hæredē facit,charum habuit. Orbæ in-ſeruit,igitur hæreditatem captat. Si poëta eſt,igi tur laſciuus. Si dialecticus, igitur cōtentioſus. Si theologus,moroſus. Si medic9,auar9. Quę tamē facile cōfutari poſſunt,pręſertim ſi eiuſmodi ſint, vt ſæpenumero nō conſequātur. Ab iudicio, vel authoritate: vt, Optima ſtatim diſcenda ſunt. Sic enim Quintilianus inſtitutor optimus faciendū exiſtimauit. A ſimili ſic: Vt in tempeſtate quum maximum periculum mare vētiq; minant,tum peritus nauclerus minimē à clauo decedit,oculos & manus ad omnia intētas habet: ita vir ſapiēs, quum maximē ſęuit fortuna,& quū res ſunt ma-ximē dubię,tum maximē conſilio vti,& vigilare ad omnia debet. Locus autem à ſimili confutatur ſi aut diſſimile eſſe docebim9 quod alter ſimile di xit,aut aliā commodiorem ſimilitudinem addu-cemus,hoc modo: vt picem nemo tractat,niſi cō-

A generati-one.

Ab adiūctis.

A iudicatis.

A ſimili.

taminet,ita poëtas nemo poteſt legere, quin ad libidinem incitetur. Negabim⁹ ſimile quippiam poëſim diuinam ſciētiam cū pice habere: aut commodiorem ſimilitudinē dabim⁹, hoc modo: Imò quod apes facere videm⁹, vt ex vno quoq; floſculo quicquid eſt optimum, id excerpant: ſi quid veneni, id araneæ exugendum relinquāt: ita nos in poëtis quod eſt eruditionis & bonæ doctrinę, id nobis rapiem⁹: ſi quid obſcœnitatis occurrerit, id relinquem⁹. Vt neque equus indomitus, quāuis natura bonus, ad eas vtilitates quæ ab eo deſiderantur, idoneus eſt: ita nec homo indoct⁹, quanuis ingenioſus, is eſt à quo virtutis fructū poſſis elicere. Nō enim vt qui currenti ad curſum ſuccedit, velocior eſt: ſic qui imperatori, ad regendum exercitum melior. Nec vt nauis, ita amicitia noua fidelior. A maiori, hoc modo: Parenti nō abtemperat, & audiet alienum? Hui⁹ mortem tam fert familiariter, quid mihi hic faciet patri? Si adulterū occidere licet, ergo & loris cędere. A minori vero ſic: Si furem cędere licet, licet & latronē. Si puer iſta potuiſti, vir nō poteris? A pari: Si lex parricidam damnat, & matricidam. Si patri in filiū ius eſt, igitur & in filiā. Si fratrem domi alis, cur me eijcias? Porrò exemplum aut ſimile eſt, aut cōtrarium, aut maius, aut minus. Simile exemplū: vt, Iure occiſus Saturninus, quoniā & Gracch⁹. Cōtrarium: vt, Brutus filios proditionem molientes occidit. Mālius virtutē filij morte multauit. Marcellus ornamenta Syracuſanis hoſtibus reſtituit. Verres eadē ſocijs abſtulit. Maius: vt, Si propter matrimonium violatū Troia funditus exciſa eſt, quid fieri adultero par eſt? Minus: vt, Tibicines,

Simile per negationem

A maiori.

A minori.

A pari.

Ab exēplo.

quum ex vrbe receſſiſſent, publice ſunt reuocati: ciuitatis principes, qui bene de Repu. meriti ſũt, quũ inuidiæ ceſſerint, ab exilio nõ ſunt reuocãdi?

De cõfu. argu. ab exemplo.

Simile oſtẽditur à genere, natura, vi, magnitudine, multitudine, tẽpore, loco, cauſa, pſona, opinione, modo. A genere ſic: Extinguitur intellectꝰ, quoniã & viſus. Cõfutat· ſed viſꝰ materialis, nõ itẽ itellectꝰ. A vi: Inſit iuuẽtuti ſeueritas q̃dã, quoniã & ſenibus. Confutatur· ſed iucunditas iuuẽtutis propria. A magnitudine: Si forte non electiõe fit gubernator nauis, nec imperator claſſis. Confutatur· at maiori maius ratione gerendũ eſt. A multitudine: Noſtrę ne, an hoſtium hæ ciuitates ſint, dijudicemꝰ. ſic enim & maiores de duabus fecerunt. Confutatur· ſed in pluribus maius periculum. A tempore: Cõtinuet Ponpeius imperium, quoniam & Marius Confutatur· ſed ille atrociſſima Reipu. tẽpeſtate, quum nunc vrgeat nemo. A loco & cauſa: Quum in Italia bellũ ſit, nõ traijciantur in Africam copiæ, ne ſimile quid cum Athenienſibus patiantur. Cõfutatur· ſed lõgiꝰ illi, & ignota in loca: ꝓpiꝰnos, & in cognita, & ea ex re alios quoq; hoſtes illi attraxerũt nos hoſtem Hãnibalem ab Italia expellemus. A perſona: continuet Marius imperiũ, quoniam & Scipio. Confutatur· at ſanctus ille vir, hic non æque. Ab opiniõe: Qui Cereris ſacra ſtuprauit obeũtem, ea pœna plectatur, qua qui Veſtæ obeũtem corripit. Cõfutatur· ſed quę maiori conatu ſuſcipiuntur peccata, atrociꝰ punienda ſunt. Poſſunt autem multa horum ad eiuſdem euerſionem cõcurrere. Locus à ꝓportione, hoc differt à ſimili, quòd ibi à ſimili ſimile ducitur, hic ſimilitudinis

A genere. A vi. A magnitudine. A multitudine. A tempore. A loco & cauſa. A perſona. Ab opiniõe. Locus a proportione.

ac propoſitiõis fit collatio. Per ſimile ſic effertur argumentum. Nam vt nauis gubernator nõ ſorte, ſed iudicio eligitur: ita in Rep. magiſtrat⁹ ſunt eligendi. Per proportionem ſic: Ita ſe habet ad nauim gubernator, vt ad Rẽp. magiſtrat⁹. At iudicio: nõ ſorte gubernator eligitur. Oportet ergo & magiſtratus, iudicio, non ſorte eligere. Loc⁹ à proportione eodem modo reprehẽditur, quo locus á ſimili. Locus ab oppoſitis quinq; partibus diuiditur. A priuatiue oppoſitis ſic: Cęcus eſt, igitur nunq̃ videbit. Item: Non eſt ſolus cæcus qui caret oculis, nam multos tametſi oculos habẽt, tamen cæcos appellare nõ dubitam⁹. A negatione: Pacẽ cõtẽpſere Carthagnẽſes, in Hiſpania enim noſtros ſocios ſolicitãt. A relatiue oppoſitis. Carthaginẽſes Romanis ſubiectos eſſe cõceditis? cõſtat igitur Romanos Carthagini imperaſſe. *Si* tu me præceptorẽ appellas, cur ego te nõ appellem diſcipulũ? *Si* fateris à me tibi creditam pecuniã, tu mihi debes. *Si* me pro filio nõ habes, nec tu mihi pro patre habeberis. *Si* nos ꝑ tuo exercitu nõ habes, nec te pro imperatore ducemus. A contrarie oppoſitis: *Si* ſanus non eſt, ægrotare conſtat, *Si* amandus, qui benemeretur: odio proſequendus, qui male. Si præmio dignus, qui tyrannum occidit: ſupplicio afficiẽdus, qui tyrannum iuuat. In contrarijs, quæ mediata vocantur, nõ cõſequitur neceſſario: vt, ſi niger non eſt, igitur albus eſt, nam viridis aut ruber eſſe poteſt. A diſparatis: Diſparata genere ſunt, quæ ſub eodẽ genere poſita diuerſis differentijs vel proprijs ſeparantur. Quanq̃ etiã quæ genere diſtãt, diſparata poſſint vocari: vt, ſi homo eſt, igitur nec aſinus, nec deus,

Ab oppoſitis

A priuatiue oppoſitis.

A negatione

A relatiue oppoſitis.

A contrariis

A diſparatis

&c. Tu quum decem pondo argenti depoſueris, qua fronte auri tantundem repetis? Marmoream domum diruiſti, & reponis lateritiam? A trãſumptione: Philoſophus nõ inuidet, quoniam nec ſapiens. Diſtinguitur hic locus ab interpretatione, quoniã hic nihil exponitur, ſed à verbo notiori minus notũ infertur, illic nominis ratio affertur, hoc modo: Sapiẽs non inuidet, philoſoph⁹ amator eſt ſapientiæ, igitur nõ inuidet. A cõiugatis: Si rhetorice virtus ẽſt, rhetorẽ ſtudioſum eſſe neceſſe eſt. A caſibus: Si ingratitudo turpis eſt, turpiter igitur facis, qui benemerito gratiam nõ referas. A diuiſione: Diuiſio fit aut per negationẽ, aut partitionem. Per negationem hoc modo: Aut vtile eſt bellum indicere, aut non: ſed nõ eſt vtile bellũ ĩferre, igitur quieſcere vtile eſt. Partitio autem aut eſt generis in ſpecies: vt, Animaliũ quædam ratione participãt, quædã ſunt rationis expertia. Aut toti⁹ in partes, aut vocis ĩ ſignificata, aut ſubiecti in accidentia, aut accidentis in ſubiecta, aut accidentis in accidentia. Sed de his hactenus iã ſatis, ad partes ſuaſorio generi proprias redeamus. Tutum, quod ad incolumitatem pertinet. Iucundum, quod voluptatem aut animi, aut corporis, aut vtriuſq; affert. Facile, quod ſine periculo aut negotio fieri poſſit. Neceſſariũ, quod aliter fieri nequit. Cętera à rhetorũ præceptis petãtur. Nemo putet omnibus his partib⁹ ſemper in ſuadendo vtendum eſſe, quod perlongum foret, præſertim in epiſtola. Sed quod incidẽt, & quãta ex parte, eaten⁹ attingere ſat fuerit. Cõciliato igitur eius animo cui ſcribim⁹, deĩde ſi ĩciderit, ſubiecta ratione: tertio loco id qđ ſuadere aut diſſua-

[Margin notes: A tranſumptione. — A cõiugatis. — A caſibus. — A diuiſione. — Tutum. Iucundum. Facile. Neceſſariũ.]

dere volumus,cũ amplificatione quadã eſt ꝓponendũ.Deinde poſt diuiſionẽ,aut etiã omiſſa diuiſione,ratio,aut multę rationes ſunt ſubdendæ, rationibus cõfirmationes ſubiungendæ. Confirmationi ipſi nõnunq̃ altera cõfirmatio firmamẽti cauſa apponitur.Deinde rẽ locupletabim⁹ exẽplo,authoritate,ꝓuerbio,ſentẽtia,ſimili,diſſimili,contrario.Quæ ita inter ſe miſcebimus, vt nũc a ratione ad ſimile,a ſimili ad exemplum,ab exẽplo rurſus ad rationem, vel eandẽ alijs verbis veſtitam, vel aliam veniamus. Nã ab exẽplis rationes nõnũq̃ naſcũtur.Item authoritati ſetentiæq́ꝫ rationem cõuenit ſubijcere.De exemplorũ varietate iã dixim⁹.Similia ex omni rerũ genere petũtur.quare plurimorum animantium,hærbarum, aliarumq́ꝫ rerum ſpecies & naturas cognitas & ꝑſpectas habere conducet:authoritates quoq́ꝫ alias philoſophorum,alias oratorum, theologorũ, hiſtoricorum.Quæ ſi ſcite intermiſcebimus,nũquã deerit quod dicamus,& ſatietatem varietate facilè vitabimus.In hac varietate,expolitione & collectione rhetorica diligenter vtemur.Huius prę ceptiunculæ hoc erit exemplum.

EXEMPLVM EPISTOLAE. SVASORIAE.

QVANQVAM pro tua ſingulari ſapiẽtia ipſe abũde ꝑ te ſapis affinis iucundiſſime, nec alienis eges cõſilijs, tamẽ hoc vel veteri noſtrę amicitię,q̃ ab ipſis ꝓpè cunabilis vna cum ætate nobis accreuit,vel tui ſummis in me officijs,vel arctiſſimæ deniq́ꝫ affinitati debere me putaui, ſi is eſſe vellem,quem tu me ſemper exiſtimaſti,virum & amicum,& gratum,vt id *Beneuolentiam captat.*

quod ad tuā tuorumq́ʒ ſalutē ac dignitatem pluri-
mū intereſſe iudicaſſem, te libēter ac libere admo
nerē. Aliena nonnunq̄ rectius q̄ noſtra perſpici-
mus. Tuū cōſiliū meis in reb⁹ pſæpe ſum ſecut⁹,
neq́ʒ minus felix mihi cōperi, q̄ erat amicū. Nūc ſi
viciſſim in tuis meū ſequi voles, futurum arbi-
tror, vt neq́ʒ me ſuaſiſſe, neq́ʒ te pœniteat paruiſſe.

Narratio. Cœnauit apud me ſexto Idus Apriles, cum in
villa mōtana eſſē, Antoni⁹ Bald⁹, homo (vt ſis)
tuarū rerū ſtudioſiſſimus, generiq́ʒ tuo iam inde
ab initio cōiūctiſſim⁹. Triſte plenūq́ʒ lachryma-
rū cōuiuiū. Nūciabat mihi magno vtriuſq́ʒ dolo-
re, matrē tuā, fœminā integerrimā, è viuis cōceſ-
ſiſſe: ſororem tuā luctu ac deſiderio victā, ſterilita
ti dicatarum virginum choro aſſcriptam eſſe: ad
te vnū ſpē ſtirpis tuæ rediſſe: amicos ſummo cō-
ſenſu tibi puellam ſummo genere natam, forma
præſtanti, optime moratam, poſtremò tui amā-
Semina argumētorū. tiſſimā, ſumma cum dote obtuliſſe, Te vero ne-
ſcio qua ceu doloris impotentia, ſeu religione, ita
cœlibatum decreuiſſe, vt nec generis ſtudio, nec
ſobolis amore, nec amicorū vllis aut monitis, aut
precib⁹, aut lachrymis abduci poſſis à ſententia.

Propoſitio. Tu tamē vel me authore mētē iſtam mutabis, &
cœlibatu relicto, ſterili ac parū humano vitę inſti
Diuiſio hoc ē, limē argumētationis. tuto, ſanctiſſimo coniugio indulgebis. Qua in re
neq́ʒ tuorum charitatē, quæ tamē alioquin animū
tuum vincere debebat: neq́ʒ meā authoritatē qe-
q̄ mihi prodeſſe cupio, niſi clariſſimis rationibus
oſtendero id fore tibi longe tum honeſtius, tum
vtilius, tum iucundius. Quid quod etiam hoc tē-
Ab honeſto primū ratiocinatur. pore neceſſarium? Nam primum hac in re, ſi te
honeſti ratio mouet, q̄ apud probos viros pluri-

mum valere debet, quid matrimonio honeſtius, quod ipſe Chriſt⁹ honeſtauit, qui nuptijs vnà cũ matre non ſolum intereſſe dignatus eſt, verum etiam nuptiale conuiuium miraculorum ſuorum primitijs conſecrauit? Quid ſanctius, quod ipſe rerum parens inſtituit, adauxit, ſanctificauit? qđ ipſa ſanxit natura? Quid eo laudabilius, quod qui reprehendit, hæreſeos dãnetur? Tam eſt honorificum matrimoniũ, q̃ eſt infame vocabulum hæretici. Quid æquius, q̃ id reddere poſteris, quod ipſi à maioribus accepim⁹? Quid inconſiderati⁹, q̃ id ſanctimoniæ ſtudio perinde vt ꝓphanũ fugere, quod de⁹ ipſe toti⁹ ſanctimoniæ fons ac parens ſanctiſſimum haberi voluit? Quid inhumanius q̃ hominem ab humanæ cõditionis legibus abhorrere? Quid ingrati⁹, q̃ id negare minorib⁹, quod ipſe niſi à maioribus accepiſſes, ne eſſes quidem qui negare poſſes? Quòd ſi matrimonij q̃rimus authorem, non à Lycurgo, non à Moſe, nõ à Solone, ſed ab ipſo ſummo rerum omniũ opifice conditum & inſtitutũ eſt: ab eodem & laudatum, ab eodẽ honeſtatũ, cõſecratumq́ꝫ. Siquidem initio cum hominẽ è limo finxiſſet, miſerã prorſus & inamœnã eius vitam fore intellexit, niſi ſociam Euam adiungeret. Quare vxorẽ non è luto illo quo virũ, ſed ex Adę cratib⁹ eduxit: quò prorſus intelligerem⁹ nihil nobis vxore chari⁹ eſſe debere, nihil coniuncti⁹, nihil tenacius adglutinatũ. Idem ille poſt diluuiũ mortalium generi reconciliatus, hãc primã legẽ ꝓmulgaſſe legitur, non vti cœlibatũ amplecterẽtur, ſed vt creſcerẽt, vt multiplicarẽtur, vt terrã implerent. At quo pacto, niſi coniugio darent operam? Et ne hic vel Moſaicæ

A laudabili.

Ab æquo.
Ratiões per contrarium.

Confirmationes cũ laude matrimonij.

Homo primum condit⁹, mox vxori iunctus.

Gen. 3

Poſt diluu. renouata matrimonij le.

Quod naturę lege fuerat proditũ, euangelica cõprobauit, authoritas.

legis libertatem, vel tempeſtatis illius neceſſitatẽ cauſemur, quid aliud ſibi vult illud in euangelicis quoq; literis repetitum comprobatumq; Chriſti ſuffragium? Propter hoc, inquit, relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ. Quid parentũ pietate ſanctius? At huic tamen coniugalis prefertur fides. Quo authore? nẽpe deo. Quo tempore? nõ Iudaiſmi tantum, ſed Chriſtianiſmi quoq;. Deſeritur pater, deſeritur mater, & adhæretur vxori. Filius emãcipatus incipit ſui iuris eſſe. Filius abdicatus deſinit eſſe filius. At ſola mors dirimit cõiugium, ſi tamen illa dirimit. Iam ſi cętera ſacramẽta, quibus eccleſia Chriſti potiſſimũ nititur, religioſa quadam veneratione coluntur, quis non videt huic plurimum religionis deberi quod & à deo, & primum omniũ eſt inſtitutum? Et cætera quidem in terris, hoc in paradiſo: cętera ad remedium, hoc ad conſortium felicitatis: cętera naturę collapſæ ſunt adhibita, vnũ illud conditæ datũ eſt. Si leges à mortalibus inſtitutas ſanctas habem9, non erit cõiugij lex ſanctiſſima, quã ab eodẽ accepim9, à quo & vitam, quæ vnà ꝓpè cum ipſo hominũ genere nata eſt? Deniq; vt legẽ exemplo cõfirmaret: adoleſcens, vt dictum eſt, ad nuptiale conuiuium vocatus, vnà cum matre libẽs adfuit: nec adfuit modo, verumetiam prodigioſo munere honeſtauit, haud alibi miraculorũ

Confutatio.

ſuorũ initiũ auſpicatus. Cur igitur, inquies, Chriſtus ipſe à coniugio abſtinuit? Quaſi vero nõ plurima ſint in Chriſto quæ mirari potius q̃ imitari debeamus, ſine patre natus, ſine parentis dolore proceſſit, clauſo monumento prodijt. Quid in eo non ſupra naturam? Sint hæc illi propria. Nos in-

tra naturæ legem viuentes, ſuſpiciamus illa quæ ſupra naturā ſunt: quæ ꝓ modo noſtro ſunt, ęmulemur. Sed è ṽgine naſci voluit. E virgine quidē, ſed coniugata. Virgo mater deū decebat: coniugata, nobis quid eſſet agendū, ſignificauit. Virginitas eam decebat, quæ cæleſtis afflatu numinis illibata pareret illibatum. Sed Ioſeph' ſponſus nobis caſti coniugij leges cōmendat. Qui magis coniugalem ſocietatem potuit cōmendare, q̄ quòd arcanam illā, & angelicis quoq; mentibus ſtupendam, diuinæ naturæ cum humano corpore animaq; coniunctionem, quòd ineffabilē illū & ęternum in eccleſiam ſuam amorē declarare volens, ſe ſponſum illius, illam ſponſam ſuam appellat? Magnum (inquit Paulus) matrimonij ſacramentum eſt, in Chriſto, & in eccleſia. Si qua fuiſſet in rerum natura ſanctior copula, ſi quod fœdus religioſius q̄ coniugium, profectò ab ea ſumpta fuiſſet imago. Quid ſimile vſquam de cœlibatu legis in arcanis literis? Honorandū connubium, & thorus immaculatus prædicatur: cœlibatus ne nominatur quidem. Iā vero Moſaica lex ſterile cōiugium execratur, atq; ob id a communibus aris quoſdā ſubmotos legimus. Quam ob rem tandē? nempe ideo, quòd tanquam inutiles, & ſibi dumtaxat viuentes, populum nulla ſobole augerent. Quòd ſi lex damnat ſterile matrimonium, cœlibes multo amplius damnauit. Si natura pœnam nō effugit, ne voluntas quidē effugiet. Si dānātur quorū voluntati natura defuit, quid commerentur ij qui ne operam quidem dederunt ne ſteriles eſſent? Hebræorum leges hoc honoris habebant matrimonio, vt qui ſpōſam duxiſſet, eodē anno

Ratiocinationes.

Laus coniugij a præmiis.

non cogeretur in bellū exire. Periclitatur ciuitas, niſi ſint qui eã armis tueãtur. At certū exitiū eſt, niſi ſint qui coniugij beneficio iuuentutem ſemper mortalitate deficientem ſufficiant. Quin & Romanæ leges eos qui cœlibes eſſent, dãno etiã multabãt, à Reipublicæ muneribus ſecludebant. At qui liberis Rēpublicam auxiſſent, eis tanquã benemeritis præmium è publico ſtatuebant. Argumento eſt ius trium liberorum, ne cętera perſequar. Lycurgus leges tulit, vt qui vxores non ducerent, hi & æſtate arcerentur à ludis ac ſpectaculis, hyeme vero nudi forum circuirēt, ac ſemetipſos execrati iuſta pati dicerent, ꝙ legibus non paruiſſent. Iã vis ſcire quantū matrimonio tribuerit antiquitas? violati matrimonij pœnam perpēde. Græci quondam violatum matrimonij ius decēni bello vindicandum cēſuerunt. Ad hæc nō Romanis modo, verumetiam & Hebræis, & Barbaricis legibus, adulteris pœna capitalis ſtatuebatur. Furem quadrupli pœna abſoluebat, adulterij ſcelus ſecuris expiabat. Apud Hebręos autem populi manibꝰ lapidabatur qui id violaſſet, ſine quo populꝰ nō eſſet. Nec hoc cōtēta legū ſeueritas, illud etiã permiſit, deprehēſum adulterū ſine iudicio, ſine legibꝰ cōfodere: nimirum id donans dolori maritali, quod grauate cōcedit vim à capite propellenti. quaſi lædat atrocius, qui coniugē adimat, q̃ qui vitam. Profecto ſanctiſſimam quādã rem coniugium videri neceſſe eſt, quod violatum humano ſanguine ſit expiandum: cuius vltio nec leges nec iudicem expectare cogitur: quod ius nec in parricidio eſt. Sed quid de ſcriptis legibus agimus? Naturæ hæc lex eſt, non in tabulis

A pœnis.

æreis exarata, ſed animis noſtris penit⁹ inſita: cui qui nõ paret, ne homo quidẽ ſit exiſtimand⁹, nedum bonus ciuis. Nam ſi (vt Stoici homines acutiſſimi diſputant) recte viuere, eſt naturę ductum ſequi: quid tam naturę conſentaneum, q̃ matrimonium? Nihil enim tã à natura non hominib⁹ modo, verumetiã reliquo animantium generi inſitum eſt, q̃ vt ſuam quodq; ſpeciem ab interitu vindicet, & propagatione poſteritatis tanquam immortalem efficiat. Quod ſine coniugali cõiunctione fieri non poſſe quis ignoret? Turpiſſimũ autẽ videt, muta pecora naturę parere legib⁹, homines Gigantũ more naturę bellũ indicere. Cui⁹ opus ſi oculis haud cæcutiẽtibus inſpiciamus, intelligemus in omni rerũ genere coniugij ſpeciem quandam ineſſe voluiſſe. Omitto enim iam de arboribus, in quib⁹ Plinio authore certiſſimo, adeo manifeſto ſexus diſcrimine coniugiũ inuenitur, vt niſi marita arbor in fœminas circunſtantes ramis incumbat, tanquam concubitum appetens, hæ planè ſteriles manſuræ ſint. Taceo de gẽmis, in quibus ſexum inueniri ſcripſit idem author, at non ſolus. Nõne deus ita res cunctas vinculis quibuſdam connexuit, vt aliç alijs egere videantur? Quid cælũ perpetuo motu verſatile? nonne dum tellurem omniũ parentem ſubiectã vario rerum genere fœcũdat velut infuſo ſemine, mariti fungitur officio? Sed ſingula percurrere nimis lõgũ arbitror. Quorſum autẽ hæc ſpectãt? eò videlicet, vt intelligam⁹ cõiugali ſocietate & cõſtare & cõtineri omnia: ſine ea diſſolui, iterire, collabi cũcta. Figũt veteres illi ac ſapiẽtiſſimi poëtę. qb⁹ ſtudiũ fuit philoſophiæ præcepta fabularum inuolucris

A definitione. A natura. A minore. In arbore cõiugium. In gemmis. Coitus cæli & terræ. Fabula & eius expoſitio.

tegere, Gigãtes anguipedes terræ filios extructis in cælum mõtib⁹ bellum ſuperis intuliſſe. Quid hęc ſibi vult fabula? Nimirum immanes quoſdam ac feros homines & obſcuros a coniugali concordia vehementer abhorruiſſe, eoq; fulmine præcipitatos, hoc eſt, funditus interiſſe, cum id vitarẽt, quo ſolo conſtat humani generis incolumitas. At ijdẽ Orpheũ poëtam ac citharœdũ ſaxa duriſſima cantu mouiſſe commemorant. Quid ſignificantes? Nempe virum & ſapientem & facundum, homines ſaxeos, & ferarum ritu viuentes, a vago concubitu ꝓhibuiſſe, atq; ad matrimonij ſanctiſſimas leges adduxiſſe. Apparet igitur qui connubij amore nõ tangitur, eum non hominem, ſed ſaxum videri, hoſtem naturæ, numini rebellẽ, ſuapte ſtultitia ſibi perniciem accerſere. Age vero, quandoquidẽ in fabulas minime fabuloſas incidimus, idem Orpheus cũ apud inferos Plutonem ipſum Maneſq; permouit vt Eurydicen ſuam liceret abducere: quid aliud poëtas cogitaſſe putamus, q̃ vt nobis coniugalẽ amorem commendarent, qui apud inferos quoq; ſanctus ac religioſus haberetur? Eodem pertinet quod antiquitas coniugio Iouem Gamelium pręfecerit, Iunonem ꝓnubam, Lucinam, quæ parturientibus adeſſet: ſuperſtitioſe quidem errans in deorum nominib⁹, at non errans in hoc, quòd matrimonium rem ſacram ac dignam quæ dijs curæ ſit, iudicarit. Diuerſi quidem apud diuerſos populos ac nationes, ritus legeſq; fuere. Nulla vnquam gens tam fuit barbara, tã ab humanitate omni aliena, apud quã coniugij nomen non ſanctum, non venerandum ſit habitum. Hoc Thrax, hoc Sarmata, hoc

Ab authoritate & exẽplis

Indus,hoc Græc9,hoc Latin9, hoc vel extremus orbis Britannus,aut ſi qui ſint his quoque ſemotiores,religioſū habuit. Quid ita?quia neceſſe eſt omnibus eſſe commune, quod cōmunis hominū parens inſeuit: & adeo penitus inſeuit,vt hui9 rei ſenſus non ſolum ad turtures & columbos, verū etiam ad immaniſſimas feras pertingat. Siquidē leones in vxorem mites ſunt. Pro catulis dimicāt tigrides. Aſinos per obſtātes ignes agit prolis tuendæ pietas. Atque hoc ſanè ius naturæ vocant, vt efficaciſſimum,ita latiſſime patens. Vt igit̃ diligens cultor non eſt,qui præſentibus rebus cōtēt9,arbores adultas ſatis quidem accurate tractat, cæterum neq; propagādi,neque inſerendi curam agit propterea quod neceſſe eſt paucis annis eos ortos quantumuis diligenter excultos, interire: ita parum diligens in Republica ciuis cenſendus, qui præſenti turba contētus,de propaganda ciuium multitudine nō cogitat. Nemo igitur vnquā egregius ciuis habitus eſt,qui non liberis gignēdis,recteq; inſtituendis operā dederit. Apud Hebræos & Perſas laudi in primis erat quā plurimas habere vxores:tāquam ei patria plurimū deberet,qui eā numeroſiſſima ſobole locupletaſſet. Num tu Abraham ipſo ſanctior videri ſtudes? Is pater multarum gentium nō eſſet appellatus, idq; deo auſpice,ſi vxoris contubernium refugiſſet. Num tu Iacob religioſior haberi quæris? Is Rachelis amplexus tam diuturna ſeruitute redimere non dubitauit. Num Solomone ſapientior? At quātū ille vxorum gregem domi aluit? Num Socrate caſtior,qui Xātippen fœminā etiā moroſam domi pertuliſſe legitur: nō tam vt ille ſuo

Simile.

Hebræi. Perſæ.

more iocabatur, quò domi diſceret tolerãtiã, ſed ne in naturæ officio claudicaſſe videretur? Intellexit enim vir vnus Apolinis oraculo ſapiens iudicatus, hac lege ſe genitum, ad hanc natum, hoc ſe debere naturæ. Nam ſi rectè à veteribus philoſophis dictum eſt, ſi nõ temere à noſtris theologis comprobatum, ſi merito velut adagiõis vice vbique decantatum, neq; deum, neque naturã quicquam fruſtra facere: cur hæc membra tribuit? cur hos ſtimulos, hanc gignendi vim addidit, ſi cœlibatus laudi ducitur? Si quis te magnifico munere donaret, arcu, veſte, aut gladio, indignus accepto videberis, ſi vti eo aut noles, aut neſcies. Cum cætera omnia tanta ratione ſint conſtituta, haud veriſimile videri debet hac vna in re naturam dormitaſſe.

Confutatio. Nec audio qui mihi dicat fœdã illã pruriginẽ & veneris ſtimulos nõ à natura, ſed à peccato profectam. Quid tam diſſimile veri? Quaſi vero matrimonium, cuius mun⁹ ſine his ſtimulis peragi nequit, nõ culpam preceſſerit. Iam in cæteris animantib⁹ vnde illi ſtimuli? à natura, an à peccato? Mirũ ni à natura. Poſtremo nos imaginatione fœdum reddim⁹, quod ſuapte natura pulchrum ac ſanctũ eſt. Alioqui ſi res non opinione vulgi, ſed ipſa natura velimus expẽdere: qui minus fœdum, brutorum animantium more edere,

Confutatio. mãdere, conquoquere, excernere, dormire, quàm licita permiſſaque venere vti? At virtuti potius quàm naturæ parendum. Perinde quaſi virt⁹ ſit vlla diceda, quę cũ natura pugnet: vnde niſi proficiſcatur, ne eſſe quidem poterit, quæ cultu & diſciplina perficiatur.

Confutatio. Sed apoſtolorũ te inſtitutum delectat, qui & ipſi cœlibatũ ſunt ſecuti, & alios

ad id vitæ genus ſunt cohortati. Imitētur ſanè apoſtolos viri apoſtolici, quorū cū ſit muneris & docere & inſtituere plebem, nō queunt ſimul & gregi, & vxori ſatiſfacere. Quanquā & apoſtolis vxores fuiſſe conſtat. Epiſcopis cœlibatū concedam⁹. Quid tu apoſtolicum inſtitutū ſequeris, ab apoſtolico munere longe alieniſſim⁹, homo nimirū & prophanus, & priuat⁹? Illis hoc veniæ datū eſt, vt vacēt à coniugij munere, quo magis vacet copioſiorem prolē CHRISTO, gignere. Sit iſtud ſacerdotū ac monachorum priuilegiū, quos apparet in Eſſenorum inſtitū ſucceſſiſſe. Tui ſtatus alia ratio eſt. Ad ipſe CHRISTVS, inquies, beatos pronunciauit qui ſeſe caſtrarunt ob regnū dei. Non reijcio authoritatem, ſed ſententiam in interpretor, Primū arbitror hoc CHRISTI dogma ad ea tempora potiſſimum pertinere, quib⁹ oportebat ab omnibus mundi negotijs quā maxime expeditū eſſe. Curſitādum erat per omnes terras, imminebat vndiq; perſequutor. Nūc is eſt rerum ac temporum ſtatus, vt nuſquam reperias minus inquinatam morum integritatem, quā apud coniugatos. Exaggerent quātum libet ſuum inſtitum monachorum ac virginum examina: iactent quantum volent ceremonias, cultúſque ſuos, quibus potiſſimum inter cæteros eminēt, ſanctiſſimum vitæ genus eſt, pure caſtéque ſeruatū coniugium. Præterea nō is modo ſeſe caſtrat, qui viuit cœlebs: ſed qui caſte ſanctéq; colit coniugij munus. Atque vtinam vere caſtrati ſint, quicūq; ſuis vitijs magnificum caſtrationis prętexūt titulū, ſub vmbra caſtitatis turpius libidinātes. Neq; enim mei pudoris eſſe puto, cōmemorare in quę

dedecora ſæpe prolabantur qui naturæ repugnāt. Poſtremo ne præcipit quidē CHRISTVS vlli cœlibatum: at idem diuortium palam interdicit. Mihi ſanè videtur non peſſime conſulturus rebus ac moribus hominum, qui ſacerdotibus quoq; ac monachis, ſi res ita ferat, ius indulgeat coniugij: præſertim quum vbiq; tam ingens ſit ſacerdotū turba, quorum quotuſquiſq; caſtam agit vitam? Quanto ſatius cōcubinas in vxores vertere, vt quas nunc habent cū infamia, cum irrequieta conſcientia, habeāt palàm cum honeſta fama: ac liberos gignāt, quos vt vere legitimos ament, ſāctéq; inſtituāt: quibus & ipſi pudendi nō ſint, & viciſſim ab illis cohoneſtētur? Atq; id, opinor, iā pridem procuraſſent epiſcoporū officiales, niſi prouentus amplior eſſet ex cōcubinis, quàm ex vxoribus. Sed diuina quadam res eſt, angelica res eſt virginitas: at humana quędam res eſt cōiugium. ego nunc homo loquor homini. Laudāda quidē res eſt virginitas, at ita, ſi non hæc laus ad quàm plurimos trāſferatē. Quam ſi vulgo vſurpare homines incipiant, quid virginitate dici cogitariue poſſit exitialius? Tum ſi in cæteris maxime laudē mereatur virginitas, in te certe reprehenſione carere non poteſt, per quem ſtabit quo minus optimum illud genus & immortalitate eū primis dignū obliteretur. Proſtremò minimū abeſt à virginitatis laude, qui ius illibatum coniugij ſeruat, qui vxorem gignendæ proli, nō libidini habet. Si frater fratris ſine liberis defūcti ſemem excitare iubetur: tu vniuerſi tui generis ſpē interire ſenes, præſertim cū ad te vnum reciderit? Neque vero me clam eſt, magnis voluminibus Priſcorū pa-

Confutatio. (margin, beside "ribus. Sed diuina...")

Ex lege Moſaica. (margin, beside "frater fratris...")

trium decantatas virginitatis laudes: quorũ Hie- Hiero-
ronymus adeo miratur eam, vt nõ multum abſit nymus.
à contumelia matrimonij, & ab epiſcopis ortho-
doxis ac palinodiam inuitaretur. Verũ donetur
hic ardor illis tẽporibus, nũc optarim, vt iſti qui
paſſim ſine delectu, ad cœlibatũ ac virginitatem
adhortantur ætatem, quæ ſibi nondum eſt nota,
hoc operæ collocarent in deſcribẽda imagine ca-
ſti puriq; matrimonij. Atqui his ipſis quib⁹ tan-
topere placet virginitas, non diſplicet bellum ad-
uerſus Turcarũ gentem, qui numero tot partib⁹
nos ſuperant: quorum ſi rectum eſt iudiciũ, con-
ſequetur, vt in primis rectũ & honeſtum habea-
tur, pro virili liberis gignendis operã dare, & iu-
uentutem in belli vſum ſufficere. Niſi forte bom
bardas, tela, naues, ad hoc bellum apparandas pu-
tant, viris opus eſſe non putant. Iidem probãt vt
ethnicorum parẽtes ferro trucidemus, quo liceat
filios etiam inſcientes baptizare. Id ſi verum eſt,
quanto mitius eſt idem efficere coniugiorũ offi-
cio. Nulla natio tam immanis eſt, quin execretur
infanticidium. Principum leges pari propemodũ
ſeueritate puniũt prouocatum abortum, & accer
ſitam pharmacis ſterilitatem. Quur ita? Quia mi
nimũ intereſt inter eum, qui quod naſci cœperit,
intercipit: & eũ, qui procurat, ne quid naſci poſ-
ſit. Hoc qđ in tuo corpore vel areſcit, vel magno
etiam ſalutis periculo corrumpitur: quod in ſom-
nis elabit, homo erat, ſi modo tu eſſes homo. Exe-
crantur Hebræorum literæ, virum qui iuſſus con
gredi cum vxore fratris defuncti, ne quid naſcere
tur, proiecit ſemẽ in terrã: & vita iudicat⁹ eſt in-
dignus qui vitã inuidit naſcituro fœtui. Ad quã-

BIBLIOTECA NA. ROMA VITTORIO EMANUELE

tulum ab hoc differunt, qui ſibi perpetuam ſteri-
litatem indicunt? An non videntur tot homines
occidere, quot erant naſcituri, ſi libens gignendis
dediſſent operam? Quæſo, ſi cui ſit fundus ſoli na-
tura feracis, quem incultum ſinat perpetuo ſteri-
lem eſſe, nónne legib⁹ pœnas daret, quòd Reip.
interſit, vt ſuam quiſq; rem bene tractet? Si puni-
tur is, qui negligit agrũ, qui vt maxime colatur,
nihil aliud fert, quàm triticũ, aut fabas, aut piſa:
qua pœna dignus eſt, qui recuſat eum fundum co
lere, qui cultus fert homines? Atque illic diutino
moleſtóq; labore eſt opus, hic breuem culturam
etiam voluptas veluti paratum prēmiũ inuitat.

Epilogus ſupiorũ argumẽtationũ. Quare ſi quid naturæ ſenſus, ſi honeſtũ, ſi pietas,
ſi religio, ſi officium, ſi virtus te mouet, cur ab eo
abhorres, quod deus inſtituit, natura ſanxit, ratio
ſuadet, diuinæ pariter & humanę literę laudãt, le
ges iubẽt: omnium gentium conſenſus approbat
ad quod optimi cuiuſq; exemplum adhortatur.

A iucundo. Quòd ſi pleręq; res etiã acerbę, viro bono ſunt,
expetẽdæ, nõ alio nomine, q̃ quòd honeſtæ ſunt,
matrimonium profecto multo maxime expeten
dum. de quo quis dubitare poſſit, plúſne habeat

Rationes. honſtatis, an voluptatis? Quid enim dulcius, q̃ cũ
ea viuere, cũ qua ſis non beneuolentiæ modo, ve-
rumetiam corporum mutua quadam cõmunio-
ne arctiſſime copulatus? Si magnam quandã ani-
mi delectationem ex reliquorum neceſſariorũ be
neuolentia capimus, q̃ dulce in primis ſit habere,
qui cum animi tui ſecretos affectus communices:
qui cum perinde vt tecum loquaris: cuius fidei te
tuto committas, qui tuas fortunas ſuas eſſe ducat.
Quid tu credis habere felicitatis mariti vxoriſq;

coniūctionem,qua nulla poſſit in rerum natura inuenire,neq; maior,neq; firmior? Cū cęteris enī amicis animorum duntaxat beneuolentia coiungimur,cū vxore & ſumma charitate,& corporū permixtione,& ſacramenti fœdere, & fortunarū omniū ſocietate copulamur. Præterea in cæteris amicitijs quanta ſimulatio? quanta perfidia? Sed ij quos noſtri amantiſſimos exiſtimam⁹, ſicut hirūdines,exacta æſtate deuolāt, ita fortuna reflante deficiūt. Nonnūq̄ recētior amicus veterē eijcit. Paucos audiuimus, quorū fides vſq; ad vitæ finē conſtiterit. Vxoria charitas nō perfidia corrumpitur:nulla ſimulatiōe obſcuratur,nulla rerū mutatione cōuellitur:deniq; ſola morte,imò ne morte quidem diſtrahitur. Illa parentū,illa ſororū,illa fratrū pitatē, tui amore cōtēnit, te vnū reſpicit: ex te pendet:tecum emori cupiat. Res eſt?habes quę tueatur,habes quę augeat. Nō eſt?habes quę quærat. Si res ſecūdæ ſint, duplicat felicitas : ſin aduerſæ,erit quæ te conſoletur,quæ aſſideat, quæ inſeruiat,quæ tuū malū ſuū eſſe cupiat. An tu voluptatē vllā cū hac tanta cōiunctioue cōferendam cenſes? Si domi agis,adeſt quæ ſolitudinis tędium depellat:ſi foris,eſt quę diſcedētē oſculo proſequatur,abſentē deſyderet,redeuntē lęta incipiat. Dulcis iuuētę tuę ſodalis,gratū ſenectutis ſolatiū. Natura homini quidē dulcis eſt vel quæuis ſocietas, quippe quem ad beneuolentiā atq; amicitiam genuit. Hæc igitur quomodo nō erit dulciſſima, in qua nihil nō cōmune eſt? Cōtra autē,ſi feras quoq; ſolidinem horrere,ſocietate delectari videm⁹, mea ſētētia,ne homo qdē ſit exiſtimād⁹,q̄ ab hac ſocietate omnium & honeſtiſſima, & iucundiſſi-

Cōfirmationes.

ma abhorreat. Quid enī eo homine odioſius, qui tanquam ſibi vni nat⁹, ſibi viuat, ſibi quærat, ſibi parcat, ſibi ſumptum faciat, neminē amet, ametur à nemine? An non iſtius modi portentum dignum cenſebitur, quod cum Timone illo ex vniuerſo hominum cōtubernio in mediū mare proijciatur? Neq; hic auſim illas tibi voluptates proponere, quibus cū natura nihil voluerit eſſe homini dulci⁹, neſcio tamē quo pacto à magnis ingenijs diſſimulantur potius, quam cōtemnuntur. Quanquā quis adeo ſeuero, ne dicā ſtupido, ſit natus ingenio, qui eiuſmodi voluptatū genere non capiatur: præſertim ſi citra numinis, aut hominis offenſam, citra famæ detrimentū poſſit cōtingere? Equidem eum nō hominem, ſed planè ſaxum dixerim, Etiam ſi minima bonorū, quę habet cōiugiū, pars eſt, ea corporum voluptas. Sed fac te iſtam vt viro indignam cōtemnere: quāq; ne viri quidem vocabulū ſine his meremur: ponatur, ſi vis, inter extrema cōiugij commoda: iam quid caſto amore eſſe poteſt amabili⁹, imò quid ſanctius atq; honeſtius? Accreſcit interim dulcis affinium turba. Duplicatur parentum, fratrum, ſororū, nepotum numerus. Natura enim vnam duntaxat matrem, vnum patrem tribuere poteſt. Cōiugio pater alter, altera mater accedit, qui te, vt cui ſua viſcera commiſerint, ſingulari pietate non proſequi non poſſunt. Iam vero quanti illud æſtimabis, vbi pulcherrima cōiunx pulchra faciet te prole parentem? Vbi ſi quis tibi paruulus aula luſerit AEneas, qui tuos tuęq; cōiugis vultus referat, qui te blanda balbutie patrem appellitet? Iam acceſſerit cōiugali charitati vinculū adamātinū, quod ne

mors quidem ipſa queat abrũpere. Felices (inquit Flaccus noſter) ter & amplius, Quos irrupta tenet copula, nec malis Diuulſos quęrimonijs, Suprema citiꝰ ſoluet amor die. Habes qui ſenectutẽ tuã oblectent, qui oculos claudant, qui iuſta perſoluant, in quibus renatus videaris, quibus ſuperſtitibus tu ne occidiſſe quidem puteris. Non abeunt ad alienos hęredes, quę tibi paraſti. Ita tanq̃ omnibus perfuncto, ne mors quidem ipſa acerba viderit, poterit. Omnibus, velimus nolimꝰ, ſenectus imminet. Hac ratione natura proſpexit, vt in liberis ac nepotibus repubeſcamꝰ. Quis enim grauiter ferat ſenectutẽ, vbi ſuos vultus, quos adoleſcens geſſit, in filio conſpexerit? Mors in omnibꝰ parata eſt. At hac vna via, velut immortalitatem quandam meditat̃ naturæ ꝓuidentia, dum ſic aliud ex alio ꝓpagat, vt veluti cum planta arbore exciſa repullulat, nec interiſſe videat̃, qui ꝓle relicta morit̃. At minime me fugit, quid ĩter hęc obmurmures. Beata res eſt coniugium, ſi omnia ſecunda eueniãt: ſed quid ſi moroſa cõtingat vxor? quid ſi impudica? quid ſi liberi impij ꝓueniant? Occurrent animo tuo exempla eorum, quibus cõiugium exitium attulerit. Exaggera quantum potes, ſed tamen hominum iſta vitia fuerint, non coniugij. Crede mihi, non ſolet niſi malis maritis mala vxor contingere. Adde quod tibi in manu eſt, vt bonam eligas. Quid ſi corrumpatur? A malo quidem marito, vxor bona corrumpi poteſt: à bono mala corrigi conſueuit. Falſo vxores accuſamus. Nemo, ſi quid mihi credis, vnquã niſi ſuo vitio improbam vxorem habuit. Iam ex bonis parentibus, ferme ſimiles naſcunt̃ liberi. Quanquã

Refutatio incommodorum matrimonij.

& hi vtcunq; nati, ferè tales euadunt, quales illos finxeris inſtitutione. Iam vero nō eſt quod zelotypiā metuas. Iſte ſtulte amantium morbus eſt. Caſtus ac legitimus amor zelotypiā neſcit. Quid tibi tragœdiæ in mentem veniunt? Hæc maritum adultera ſecuri percuſſit: hæc veneno ſuſtulit: illa morum odio ad mortē adegit. Cur nō potius Tiberij Gracchi Cornelia ſuccurrit? Cur non Alceſtis nō optimi mariti cōiunx optima? Cur nō occurrit vel Iulia Pōpeij, vel Catonis Portia? Cur non æterno nomine digna Artemiſia? Cur non Hypſicratea Mithridatis Pōtici regis vxor? Cur nō Tertię Aemiliæ comitas in mentē venit? Cur nō Turię fides? Cur nō Lucretia, Lētulaq; ſuccurrit? Cur nō Arria illa à Plinio celebrata? Cur non innumeræ aliæ, quarū & pudicitia, & fides in maritos, ne morte quidē potuit immutari? Rara (inquis) auis in terris, mulier proba. Et tu rara vxore dignū te finge. Mulier (inquit ſapiens ille) bona, pars bona. Aude tuis moribus dignam ſperare. Plurimū in hoc ſitum eſt, quā deligas: quomodo fingas: qualē ipſe te illi prębeas. Sed dulcior eſt (inquies) libertas. Quiſquis vxorē accipit, compedes accipit, quas ſola mors poſſit excutere. Quid autē dulce eſſe homini ſoli poſſit? Si dulcis eſt libertas, ſociā aſciſcendā cēſeo, qua cum bonū iſtud tibi commune eſſe velis. Quanquam quid iſta ſeruitute liberius, vbi ita vterq; alteri obnoxius eſt, vt neuter manumitti velit. Aſtrictus es ei, quē in amicitiam recipis. At hic nemo libertatem ademptam clamitat. At vereris, ne liberis morte abſumptis, orbus in luctū incidas. Si orbitatē times, ob id ipſum ducenda vxor eſt, quæ ſola hoc præſtare

A ſimili.

Orbitas.

Violatio.

poteſt,ne ſimus orbi. Sed quid tutam diligenter, imò anxie,omnia matrimonij incõmoda diſquiris,quaſi cœlibatus nihil habeat incõmodi? Quaſi vero vlla ſit vita mortaliũ, quæ nõ ſit omnib⁹ fortunæ ſubiecta caſibus. E vita migret oportet, qui nihil incommodi ferre velit. Quòd ſi ad cæleſtem illam vitam reſpicias, mors hæc hominum vita eſt,haud vita dicenda. Sin intra humanã cõditionẽ animũ cõtineas, nihil eſt coniugali vita, neq; tuti⁹,neq; tranquilius,neq; iucundi⁹,neque amabili⁹,neq; felicius. Ab exitu rẽ ſpecta,quorũquẽq; vides,qui ſemel expertus coniugium,non auide repetat? Mauricius meus,cuius eximia prudentia tibi nõ eſt incõgnita,nõne ab obitu coniugis,quam vnice deamabat,altero menſe duxit in thalamum nouam ſponſam? Non adeo libidinis impatientia,ſed negabat ſibi vitã videri vitã,abſq; cõiuge rerũ omniũ cõſorte.Iouius noſter,nõne iam quartã ambit vxorem? Sic adamabat viuas, vt nullam conſolationem admiſſurus videretur. Sic vna defuncta,ad ſarciendam thalami ſolitudinem properabat, quaſi leuiter illas amaſſet. Sed quid nos de honeſto ac iucundo diſputamus, cũ non vtilitas modo ſuadeat, verumetiam neceſſitas ad coniugium impellat? Tolle matrimoniũ, perpaucis annis vuiuerſum hominum genus funditus intereat neceſſe eſſe. Xerxen illum Perſarũ regem, cum ex ædito loco ingentem illam hominum multitudinem intueretur, lachrymas non tenuiſſe dicunt, quòd ex tantis hominũ millibus, poſt annos ſexaginta,null⁹ omnino ſuperfuturus eſſet. Cur quod ille de ſuis copijs intellexit, non etiam de vniuerſo hominum genere

Ab vtili ac neceſſario.

perſpicim9? Sublato cõiugio, quotuſquiſq; ex tot regionibus, prouincijs, regnis, vrbibus, cœtibus poſt centũ annos ſupererit? Eam9 nũc, & cœlibatũ miremur, qui ęternã ſit generi noſtro cladem allaturus. Quæ peſtis, aut lues à ſuperis, aut inferis immitti poſſit nocentior? Quid ab vllo diluuio timeri poſſit acerbius? Quid triſtius expectetur, etiã ſi Phaetonteũ redeat incendiũ? At ex huiuſmodi quidẽ tẽpeſtatib9 multa relinqui ſolent incolumia, ex cœlibatu nihil reliqui fieri poteſt. Videmus quantũ morborũ agmen, quot caſuum diſcrimina, noctes, dieſq; hominũ paucitati inſidientur. Quot peſtis abſumit, quot abſorbet mare, quot Mauors abripit. Taceo enim de quotidianis mortib9. Circũuolat vndiq; mors: ruit, rapit, properat quantũ poteſt genus noſtrũ extinguere, & nos cœlibatum miramur, coniugiũ fugimus? Niſi forte placet Eſſenorũ inſtitutũ, aut Dulopolitarũ, quorũ gentẽ facinoroſorũ nunquã deficiens numeroſitas ꝓpagat. Nũ expectamus, vt Iupiter aliquis nos eodẽ munere donet, quod apibus tribuiſſe dicitur, vt ſine concubitu fœtificemus, & poſteritatis ſemina è floſculis ore legamus? An vero poſtulamus, vt ſicut è Iouis cerebro Mineruam prognatam poëtæ fabulantur, ita nobis è capite liberi exiliant? An deniq; vt iuxta veterum fabulas, è terra, è ſaxis proiectis, è duris arborum truncis homines producantur? E terræ gremio permulta ſine noſtro cultu enaſcantur? Plantulæ ſub vmbra matris ſæpe pullulaſcunt: at homini hanc vnã ꝓpagãdi viã natura eſſe voluit. vt mutua mariti, vxoriſq; opera mortalium genus ab interitu vindicaretur. quod ſi fugiant tuo

exemplo mortales,ne iſta quidem, quæ tu mira‍ris,eſſe poterũt.Cœlibatũ miraris,ſuſpicis virgi‍nitatẽ? At nec cœlibes erũt,nec v̾gines, ſi coniu‍gij vſum ſuſtuleris.Cur igitur prælata eſt virgini tas?cur honorata,ſi exitiũ adfert mortalibus?Lau data eſt,ſed ꝓ tẽpore,ſed in paucis. Voluit enim deus hominibus cæleſtis illius vitæ tanquã ima‍ginẽ quandã & ſimulachrũ oſtendi,vbi neq; nu‍bent vllæ,neq; nuptum dabunt vlli.Sed ad exem plum paucitas idonea eſt,multitudo inutilis. Vt enim non omnes agri,quanquã feraces, ad vſum vitæ ſerũtur:ſed pars negligitur,pars oculis paſcẽ dis colitur.At patitur hoc ipſa rerum copia,in tã ta aruorũ amplitudine,exiguã partem ſterilẽ re‍linqui.Verum ſi nulli ſerantur, quis non videat nobis ad glandes fore redeundũ?Ita cœlibatus in tanta hominũ multitudine, in paucis quidẽ lau‍dem habet,in omnibus ſummã reprehenſionem habitura. Iam ſi maxime in alijs ſit virtutis no‍men habitura virginitas,in te certe vitioſa fuerit. Cęteri enim puritati ſtuduiſſe videbuntur:tu ge‍neris parricida iudicaberis,q cũ honeſto cõiugio propagare potueris,turpi cœlibatu paſſus ſis in‍terire. Liceat ẽ numeroſa ſobole virginẽ deo cõ‍ſecrare.Ruſtici frugũ primitias ſuperis immolãt, non vniuerſum prouentum. At te vnum ſtirpis tuæ reliquias eſſe memineris oportet.Nihil autẽ refert,vtrum occidas,an ſeruare recuſes, qui à te vno ſeruari & poterat, & facile poterat. At ſoro‍ris exemplũ te ad cœlibatum adhortatur. At iſta vel vna re potiſſimum debebas à cœlibatu deter‍reri.Generis enim ſpem,quæ prius vtriſque erat communis, nunc totam ad te vnum reuolutam Vt.latio.

intelligis. Det hæc venia ſexui, detur ętati. Puella dolore victa peccauit, ſtultarum muliercularũ, aut ſtultorũ monachorũ impulſu ſeſe præcipitẽ dedit. Tu maior natu, virum te eſſe memineris neceſſe eſt. Illa maioribus ſuis commori voluit, tu ne moriantur, operam dabis. Soror ſubduxit ſeſe officio, tu duorum tibi partes obeundas eſſe cogita. Non dubitarũt filiæ Loth, cum patre temulento rem habere, ſatius eſſe iudicãtes nefario etiam inceſtu generi conſulere, q̃ pati interire. Tu matrimonio honeſto, ſãcto, pudico, ſine offenſa, ſũma cum voluptate, non conſules tuo generi alioquin intermorituro? Quare ſinamus eos Hyppoliti inſtitutũ imitari, ſectentur cœlibatum, vel q̃ mariti fieri poſſunt, patres non poſſunt: vel quorum tenuitas liberis educandis nõ ſuppeditat, vel quorũ genus aliorum opera poſſit propagari: aut certe eiuſmodi eſt, vt magis Reipublicæ cõducat intermori q̃ ꝓpagari. Tu vero cum teſte medico viro neq; imperito, & minime mendaci, magnã poſteritatem ꝓmittere videaris: patrimoniũ habeas ampliſſimũ, genus autẽ tum optimum, tum clariſſimũ, ita vt obliterari ſine nephario ſcelere, magnoq; Reipublicæ detrimento nõ poſſit: tum adſit ætas integra, nec deſit forma: offeratur vero cõiunx puella, qua neq; integriorẽ, neq; illuſtriorẽ vllam viderunt ciues tui, pudica, modeſta, pia, facie diuina, cum dote ampliſſima: cum rogent amici, lachrymentur ꝓpinqui, inſtent affines, patria flagitet: ipſi maiorũ tuorũ cineres è tumulis idipſum te obteſtentur, tu tamen adhuc contaris, adhuc cœlibatum cogitas? Si qua res parum honeſta abs te peteretur, ſi qua difficilis, tamen vel

Exemplũ cum collocatione.

Epilogus

tuorum vota, vel generis charitas animum tuum expugnare debuerat. Quanto æquius eſt id amicorũ lachrymas, patriæ pietatẽ, maiorũ charitatẽ abs te obtinere, ad quod te diuinæ pariter & humanę leges hortantur, natura inſtigat, ratio ducit, honeſtas allicit, tot cõmoda inuitãt, neceſſitas etiam ipſa cogit. Sed iam argumentorũ plus ſatis. Confido te iamdudum me monitore ſententiam mutaſſe, animũq; ad ſalubriora cõſilia appuliſſe.

Plurimum cõducet in hoc ſuaſorio genere longe omniũ vtiliſſimo, diligẽter exerceri. Dominatur enim ferè in omnib⁹ generibus. Primũ igitur cuiuſmodi ſit, quod perſuadere cupis, attente eſt cõſiderandũ. Deinde quæ ſunt in eo cõmoda omnia diligenter colligemus, & amplificabimus. cõtrà vero ſi qua inſunt incõmoda, quęq; illi⁹ animũ poſſe deterrere videntur, ea aut extenuabim⁹ aut remouebimus, excogitatis quamplurimis rationib⁹, & rationũ confirmationibus, ac locupletationibus. Qui loci incident cõmunes, velut hic incidebat, omnibus rebus inſitam eſſe vim ꝓpagandi ſui. Item mille morbis, mille caſibus atteri genus humanum. Item quàm nihil in hac vita iucundum ſine conſorte. Item ſenectutis ac mortẽ tolerabiliorem fieri, paratis liberis. Poſtremo vero videndum quibus argumentationum formis, aut quib⁹ exornationib⁹ ea quæ excogitata ſunt, quàm commodiſſime poſſint explicari. De exercitatione huius generis pręceptio.

DE GENERE DISSVASORIO.

IN diſſuaſione omnia incõmoda colligem⁹. Hęc quẽadmodũ inueniri poſſint mox paucis demõſtrabim⁹, quæ quidẽ meditata, & tanquam ad manum habere oportebit. Propo-

nat autem didaſcalus aliquod argumentũ ſcite ex-
cogitatũ, capita rationum, exẽpla, ſimilitudines:
& ſi volet diſpoſitionem paucis oſtendat, reliqua
puerorum ingenijs relinquat. Deinde illorũ in-
uenta caſtiget, mox palinodiam ſcribere iubeat.
Nonnunquã etiã acuendi ingenij gratia, infames
materias ꝓponat. Veluti ſi quis ſuadeat pauper-
tatem, exilium, ingratitudinem, ægrotationem,
contemptum ſtudiorũ, neglectum linguarũ, ty-
rannidẽ, vt vetulus vetulã ducat, vt domum du-
cat vxorem improbã. Nihil enim eſt ita natura
bonum, quin ab ingenioſo oratore deprauari poſ
ſit. Hac exercitatione tum copia, tum promptitu
do quędam quauis de re dicendi parabitur. A me
modo ſuaſum eſt matrimonium, vbi pleraꝗ eius
vitæ commoda collegi, contra autẽ cœlibatus in-
commoda exaggeraui. Incõmoda vero matrimo
nij, quæ illic partim extenuaui, partim refelli, ea
in palinodia erũt exaggerãda: cõtrà, cõmoda aut
vehemẽter deprimẽda, aut cõmoda eſſe negãda.
Quonam igitur modo erit hæc palinodia inſti-
tuenda? Aut hoc ipſum argumentũ ijſdem poſi-
tis circunſtantijs, in diuerſam patrẽ tractabimus:
aut fingemus amicum ſecum hæſitantem, vtram
vitam velit amplecti, aut iam nuptias animo de-
ſtinaſſe. Et vt à circunſtantijs diſcamus inuenire
argumenta, thema certis perſonis confictũ ꝓpo-
nemus, hoc pacto. Petrus adoleſcens, minimꝰ fra
trum ſuorũ ſummo ingenio, & iam literis initia-
tus, matris opera à ſchola reuocatus ab eadem ad
ducendam vxorem ſolicitatur, puellam, & diui-
tem, & egregia forma. Pater neꝗ vxori, neꝗ fi-
lio refragatur, ſed liberum illi permittit, vt eligat.

Scribit nũc illi ſodalis, æqualis, & ſocius ſtudiorũ, conatúrq; illũ à matrimonio deterrere. Hic, vt coniugium quammiſerrimum oſtẽdat, omnes eius vitæ ærumnas contrahet. Primum ab ipſius cõiugij natura. Aducet enim ſeruitutem, & eam quidem, quã ſemel admiſſam effugere nullo modo poſſis. Nulla enim ſeruitus, nõ miſera eſſe poteſt, quum hominem natura libertatis auidũ finxerit. Atq; hic incidit locus communis, late tractabilis. Ad hæc cum omnis ſeruitus miſera eſt, tum illa minime viro conuenit, qua cogimur muliercülis inſeruire. Præterea quòd mutua eſt ſeruitus. Accedit etiam alterum incommodum, quòd eam ipſam ſuſtinere cogeris & alere, cui inſeruis. Nam reliquis in ſeruitutibus, ſerui ex dominis pẽdent, at illa ex te. Prius ibas, quò volebas: cœnabas vbi volebas: viuebas, qui cum volebas, vagabaris, negabaris, conuiuabaris, luſitabas, confabulabaris. Nũc domi deſidendum, cœnandum domi, cubandum domi, viuẽdum more illius. Quæ ſi facis, vbi dulcis illa libertas? Sin minus, lites domi paratę audienda iurgioſæ vxoris cõuicia. Res augeri poterit per contentionem. Seru9 vernacul9, ſiue emptitius, vel precio dato, vel ex heri benignitate, ſperat libertatem: hic ſola mors habet ius manumittẽdi. At formoſa eſt, non poteſt non eſſe voluptati. Imo ſi formoſa eſt, certã miſeriã effugere non potes. Nam ſi deformis eſſet, min9 quidem animum voluptate oblectaret: at rurſum metu minus angeret, minus procax eſſet. Nunc quum formã ſuam non ignoret, multo erit inſolentior. Tum ſi parum pudica ſit, qui tibi iucunda poterit eſſe vita? Sin pudica, quod haud ſcio an

fieri poſſit,perpetuo metu cruciaberis,ne te non ſatis amet,ne corrumpatur,ne mutet animum. Nam ſi non ames,miſerum eſt viuere cũ ea, quã nõ ames. Sin,ames,hæc omnia ſecum incõmoda adfert amor,ſuſpiciones,iniurias,iurgia, rixas, & cætera. Præterea ſtulti eſt cõpedes ſuas quamuis aureas amare. Quid refert, lineo, an ſerico fune ſtrãguleris? Deinde extenuabis eã corporis voluptatẽ,qua negabis tãtos dolores eſſe emẽdos. Eſt enim pecunia prorſus,plena faſtidij, plus aloes q̃ mellis habens:indigna magnis ingenijs. An hæc vna tanti eſt,vt multo dulciores voluptates relinquas, vt tot miſerias adeas? Atque hic rurſus incidit loc9 communis, aduerſus eam voluptatem, quæ ex coitu percipitur,quam quidam non inſcite morbi comitialis ſpeciem dixere, Plato eſcam malorum. Nulla res magis ebetat animi vigorẽ, nulla magis eneruat vires corporis, nulla magis accelerat ſeniũ. Poſt hæc oſtẽdat rem eſſe plenam periculoſæ aleæ. Hic loc9 incidet odioſi9,de vitijs fœminei ſexus,quàm paucæ bonę aut pudicæ reperiantur,quàm paucos non pœnituerit initi coniugij. Hæc omnia quæ nimiũ frequenter accidũt ponet ob oculos. Vxorẽ rixoſam,procacẽ, impudicam:breuiter his moribus,vt quod frequenter accidit,maritum ad mortem adigat:perennes querelas, dotis exprobrationem,affiniũ graue ſupercilium,garrulam ſocr9 linguam,ſuſfoſorẽ alieni matrimonij,liberos impios ac perditos,aliáque quæ plurima colligere, Iuuenalis, Tertullianus,Hierony m9,& alij qui in vituperãdo matrimonio vires eloquẽtiæ depromſerunt. Atq; hic veluti gradu facto, deſcendet ad ea incommoda,

quæ felix etiam matrimonium ferè cõſequuntur: maiorem dei domeſticæ curam ſtudium augendarum facultatum, adipiſcendorũ honorum: nuc enim extimulat vxoris fœcunditas, morbum filiorum aut vxoris, mortem luctum, orbitatem. Cõtrà, quæ voluptas ſit in literis. Non poſſe quẽquã ſimul, & vxori & muſis vocare. Quæ dignitas, quæq; felicitas virginitatis. Hic p cõtẽtiones enumerabit, que reliquat, quę ſubeat. Sed ſine matrimonio gen⁹ humanũ ſuſtineri nõ poteſt. quaſi vero deſint, qui iſto munere fungãtur. Iſtuc alijs relique, qui humanis rebus ſunt nati, tu ad diuina, ad celeſtia factus es. Sunt tibi fratres, quorũ opera genus tuum poſſit propagari, tuũ eſt illud non liberis, ſed literis illuſtrare. Plureis filios tibi parabis beneficijs tuis, quã vxor poſſit gignere. Et ſæpenumero fidelius amant, quos pararis, quã quos gereris. Puta te tot habere filios, quot pueros, quot adoleſcentes, ad honeſtas literas, ad piam vitam inſtitueris. Hi parẽtem non grauãt ſumptu, non diſcrutiant alendi ſolicitudine, imò potius alunt parentem. Et hic eſt locus cõmunis, lõge verius eſſe patrẽ, qui fingit, ac format animũ, quã qui generat corpus. Ad horum omniũ ſingula poterunt accommodari exempla, cęteraque quibus oſtendimus orationem locupletari. Hæc indicaſſe ſufficerit, ne plus ſatis oneremus lectorem.

DE CONSOLATORIA EPISTOLA.

QVum vita mortaliũ vndiq; plena ſit calamitatum, neque multos reperire liceat quos ſuæ fortunę non pœniteat, nullum officium incidit frequentius, quàm vt amico-

rum animos conſulando ſubleuemus. Neq; vero mediocre beneficiũ eſt, tempeſtiua & amica cõſolatio: qua quoties in rebus afflictis, eorum quibus bene volumus ægritudini re mederi nõ licet, verbis ſalutem lenimus dolorem. Verum ſcite id ipſum faciam⁹ oportet, ne velut imperiti medici vulnus crudum adhuc & recens exulceremus po-

Triplex ratio tractãdę cõſolatiõis.

tius q̃ mitigemus. Proinde triplex erit ratio tractandæ conſolationis. vna ſimplex & aperta, per quam argumentis declaramus non eſſe cauſſam dolendi: quum viro ſapienti nihil accidere poſſit triſte præter turpitudinẽ, neq; à quoq̃ laudi poſſit, niſi à ſeipſo. Huiuſmodi validis pharmacis vtemur, quoties nobis cũ philoſopho, aut alioqui viro cordato res eſt. Altera per inſinuationẽ ſumẽda, quoties aut anim⁹ eſt infirmior, aut dolor recentior, acerbiórve, quàm vt aperte patiatur ſibi admoueri manus. Siue quum erectior eſt animus eius, quem conſolamur, q̃ vt videri velit opus habere conſolatore. Nam quemadmodum ſunt quidam animo tam excelſo præditi, vt quũ ægrotẽt grauiter, tamẽ pudeat medicum accerſere, quòd ignauum, ac forti viro pudẽdum exiſtimẽt ægrotare: ita ſunt qui pudore quodã generoſæ mentis, quamlibet magnum dolorem animi premunt ac diſſimulant. His hac arte erit obrepẽdũ, vt negemus nos conſolandi gratia ſcribere, quum multis modis perſpectam habeamus illius eximiã ſapientiã, tum infractam animi magnitudinẽ omnibus fortunæ procellis maiorẽ. tametſi fatebimur caſum eſſe eiuſmodi, vt alium quẽlibet facile poſſit deijcere, tamẽ non dubitate nos, quin homo à puero verę philoſophię pręcepti inſtitutus,

longo rerum vſu doctus,ad hæc inuicto quodam
animi robore præditus,fortiter ferat quod ex cō-
muni mōrtalium lege vitari non poteſt:nos illius
fortitudini gratulari velle potiꝰ,q̃ dolori mederi.
Priori incommodo ſic medebimur,vt eius quem
conſolari volumꝰ,affectum in nos tranſferamꝰ,
ſic attemperātes orationem,vt noſtro dolori ma-
gis obſequi,quàm illius ægritudinē mitigare vel-
le videamur.Hac arte M.Tulius Milonis cauſam
agens,ficte metum in ſe tranſfert,quò iudicū ani-
mis metum eximat.Siquidem quos dolor adhuc
totos poſſidet,non aliter tractandi ſunt,quā iſti
qui ob morbo vitiatum animi iudicium ſibi vidē-
tur eſſe cornuti,aut naſo in longum prominenti,
aut mortui,aut teſtacei.Oderunt diſſentientes,a-
mant eos qui per diſſimulationem ipſorum ima-
ginationi aſſentātur.Proinde qui his mederi ſtu-
dent,nonnunq ſimulant ſeſe eodem teneri malo.
porrò cōtracta beneuolentia,facilē perſuadēt re-
medium,ac paulatim obrepentes,tandē eximūt
falſam imaginationem.Itidem agēdum erit cum
ijs quorum animus nōdum admittit manū me-
dicantis.Dicemus nos ipſos ad conſolandum pa-
rum eſſe idoneos,qui nō minus angamur animo,
q̃ is ipſe quem confirmare deberemꝰ.Deinde do
loris cauſas etiam exaggerabimus,eámq; exag-
gerationem non ſolum à re ipſa,ſed ab eius etiā
qui patitur,indignitate ſumemus:non ſine laude
quadam eiꝰ iniuriam quàm plurimis bonis viris
dolere dicemus.Quod vbi erit factum,tum medi
camentum adhibebimꝰ.hic omnia quæ dolorem
lenire poſſint,diligenter colligemꝰ.Id fiet ſi ipſū
malū in quod incidit:veriſimiliter extenuabimꝰ:

& bonum vnde excidit, quãtũ licet eleuemus. Malum extenuabimus, ſi minime diuturnũ fore oſtẽdemus. Solent enim patientius ferri incommoda quæ breui finem habitura putantur, præſertim ſi eam incommoditatẽ magna aliqua ſpes ſequutura monſtretur. Hic omnes rerum coniecturas diligentiſſime diſpiciemus, quibus eam ſpem q̃ maxime probabilem efficiamus. Vnde autem coniecturæ ſumantur, rhetorum de ſtatu coniecturali præceptiones haud obſcure demonſtrant: & Ciceronis cũ multæ, tum illa in primis ad Cecinnã epiſtola exemplo eſſe poteſt, vbi idem facete ſuo more tanq̃ augurãdi diſciplinã quandam tradere videtur. His omnibus aſſentationem quandã admiſcebimus.

Alter modus extenuandi malum.

Quòd ſi eiuſmodi ſit incommodũ, vt diuturnũ videri neceſſe ſit, alijs extenuandi rationibus vtemur. Aut enim nõ eſſe incommodũ, aut non eſſe tam graue, q̃ apparet, nitemur oſtendere. Id faciemus, ſi quicquid erit in eo cõmodi, id accurate cum amplificatione quadam indicemus. Nullum enim tã graue malũ homini poteſt accidere, ex quo non aliquid commodi decerpi queat. Si negabimus vllum eſſe malum exiſtimandum, quod citra culpam homini obtigerit. Quẽadmodũ docet Ariſtoteles iucundam eſſe malorum recordationem, quę cum honeſta fama coniuncta ſunt: ita leuius ferimus, quæ noſtra culpa cõtracta nõ ſunt. Hic philoſophorum rationes, & præter cæteros Stoicorũ, plurimũ adiuuabũt: ſi eiuſmodi calamitatem vel famæ eius profuturã, vel gradũ quendã ad maxima cõmoda iactũ eſſe oſtendemus. Solet enim ſumma virtus, ſũmaq; felicitas à duriſſimis initijs plerũq; proficiſci: idq; exemplis approba-

bimus, ſi, theologico more, eiuſmodi tēpeſtatē à ſuperis propitijs immiſſam dicemus, corpori quidē moleſtā, ſed animæ ſalutarē. Nihil autē æque dolorē leuat, teſte Cicerōe, vt cōmunis tanq̄ legis, humanæ cōditionis recordatio. quare id mali, illi cum vniuerſo mortaliū genere, vel certe cū clariſſimis optimiſq; viris quàm plurimis cōmune eſſe declarabim⁹. Hic illuſtriū virorū exempla, qui in eoſdem luct⁹ inciderunt, aut certe ſimiles, quique eos fortiſſimo animo maxima cum laude tulerūt, accumulabimus. Poſtremo ad exortationē venie m⁹: ad priſtinam animi tolerantiam, magnitudinem, ſapientiā, eruditionē vocabim⁹. In cōcluſione omnē operā, ſtudiū, diligētiā, & ipſi, & eius filijs, ac neceſſarijs differemus. In conſolādo ioc⁹ erit vehemēter fugiend⁹, niſi leue ſit incōmodū, vt ioco poſſit exhilarari. Tum, ſi modo cui ſcribimus, is erit, qui huiuſmodi rebus capiatur, q̄ blandiſſime iocandū erit, ita tamē, vt veras cōſolationes cum iocis permiſceamus. Præterea cauendum ne non tam amice conſolari, quàm præcipere videamur: niſi vehementer erit familiaris cui ſcribimus: ne tāq̄ ſani ægrotātib⁹ imperemus: ne quid de noſtra aliorúmve felicitatate cōmemorem⁹: ne Tytirum illum Vergilianū ruſtice imitemur: O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit. Vt enim ſocietas miſeriā leuat, ita alienæ immunitatis recordatio ęgritudinem exaſperat. Quæ quum ſatis diligenter præcepta putem, exemplum adijciemus. Argumentū ſiue thema epiſtolæ.

Canidius, vir in Republica ſua præclarus, per inuidiam factionum aduerſarum eiectus, in longinquis regionibus exulat, relicta domi vxore, paruiſq; de liberis. eum amicus conſolatur.

Epiſtola cō-ſolatoria ex-ilij.

Officium meum tibi, vt à quo perſępe meo in luctu fuerim amantiſſime confirmatus, viciſſim in tuo triſtiſſimo caſu deberi quidem agnoſco: ſed te nihil egere gaudeo. Ita enim fortiter ſapienterq; exiliū ferre audio, vt nos, qui tui deſyderio angimur, tua potius, quā tu noſtra cōſolatione ſimus ſubleuandi. Ne tu ſane vir fortiſſime, nihil à tuis ſtudijs alienū facis. Ita enim à puero & optimis maiorū inſtitutis, & philoſophiæ rationibus animum pręparaſti, vt nullus te fortunæ flat⁹ nec ſecundus erigere, nec aduerſus poſſit deijcere. Non quò te tā acerbi vulneris ſenſu omnino carere putem. id enim ſtupentis magis, quàm excellentis animi videtur. Quis enim tam ſaxeo pectore ſit, qui, quod tibi euēnit, quū pro ſummis in Remp. meritis ſummam contumeliam acceperit, tanta ingratitudine non permoueatur? Quis tantū obliuionis ex illo Letheo flumine bibit vnq̄, vt nullo natalis terræ, amicorum, vxoris, liberorū deſyderio teneretur? Non tibi doleat, vulnus qui acceperis? quum multis nō tuis modo, verum alienis, bonis tamē, doleat? Quare ſi te dolere vetem, inhumaniſſimus planè videar: tametſi affirmare auſim, permultas eſſe cauſas cur tu malum moderatius ferre debeas: quod ſi etiam diuturnum fore videretur, tamen erat quo te ſuſtentares. Nempe in primis tua virtute, literis conſcientia recte factorum: qua quidem nulla eſt in rebus aduerſis vel verior vel præſentior cōſolatio. Nunc certiſſimo augurio breui futurū ſpero, vt tibi de honeſtiſſimo reditu gratulemur: omnêsque exiſtiment ęmulos tuos, qui tuam ſalutem extinguere credebantur, dignitatem tuam vehementer illuſtraſſe. Id quidē

ego, auguriũ ne vanũ putes, certiſſimis ſignis, par tim quidem à tua virtute, & maximis in Remp. officijs. partim à temporum natura colligo. Eam enim in te ſapientiam, integritatem, induſtriam noſtra Reſp. domi belliq; experta eſt, vt & ſi tu ꝑ animi tui magnitudine patria carere facilè poſſes, illa certe tali ciue diutius carere omnino non ſuſtineat. Cur igitur ſic meritum eiecit, inquies? Rerump. tẽpeſtates noſti: nec vulgi animos igno ras, quibus nihil inſtabilius: qui ꝓcellarũ in morẽ ſurſum ac deorſum fluctuãt: nec quenq̃ conſtanter aut odiſſe ſolent, aut amare. Ita eſt humanum ingeniũ virtutis nec præſentis fulgorẽ, nec abſentis deſyderiũ ferre poſſumus. Præſentẽ (vt Flacc⁹ ait) odimus, ſublatam ex oculis quærimus inuidi. Camillũ virũ clariſſimũ, cuius in pace ſplendorem Romana Reſp. ferre nõ potuit, afflictis in rebus coacta eſt reuocare: nec prius q̃ expuliſſet, qualem ciuem habuiſſet, ciuitas alioqui ſapiẽs intelligere potuit. Itaq; quũ abſenti patriã reddidiſſent. & dictaturã non ambienti decreuiſſent, imperiũ quod à ciuibus deſerebatur, ab exule defenſum eſt. Socratem virũ omniũ quos terra produxit optimũ, Anyti & Meliti calumnia vndecimuiri veneno dãnarunt: quẽ vbi deſyderare cœpit ciuitas Atheniẽſis, repẽte omniũ cõuerſis animis, in ipſos accuſatores puplicus eſt impetus factus, Socrati ſtatuę erectæ. Serius quidem illi, q̃ Socrati commodũ erat, reſipuerũt: tu nondum ita ceciſti, quin facile reſtitui poſſis. Iam multos quos tu⁹ in Rep ſplẽdor vrebat, tui deſyderiũ cruciat: factionis aduerſę qui ſunt, partim amicorũ ꝑcib⁹ victi, partim abſentia tua, partim ipſa die mutati,

A perſona.

Confutatio.

Exempla.

Facit veriſimile.

poſuerunt odiū, nonnulli ad amicorū tuorū par-
tes transfugerunt. Nemo certe eſt qui non mitius oderit. Peropportune vero bellum oritur & magnū, & periculoſum, & quidē cū ijs ipſis, quos aliquādo tua virtute coërcitos meminerūt. In quo quū vehementer Reſp. tuā operā ſit deſyderatura, in certam ſpem adducor fore vt qui ab ingratis ciuibus fueris eiectus, à ſupplicibus reuoceris: vt nō tā acerbum fuerit eiectum fuiſſe, q̃ glorioſum ſic fuiſſe reuocatum. Habes augurium meū: quod ita meum eſt, vt idem amicorū tuorū nemo non ſperet, inimicorū nemo non metuat. Quod ſi quid addubitarem, nō vterer vllis remedijs potius q̃ illis quibus te virum fortem facilè ſuſtentari video, quibuſq; ipſe vtor quotidie, & te vti facilè ſuſpicor. Optima cōſolatrix philoſophia, q̃ nō vnū aliquod malū inanib⁹ fomētis lenire, ſed ad omnes fortunæ incurſus animū armare ſolet.

Conſolatio e philoſophorum decretis.

Huius (vt ita dicam) lacte quū ab ipſis ſis incunabulis enutritus, q̄d ego ſus Mineruā? aut vlulas Athenas? ſed tamen ꝑ tua modeſtia memorē (vt aiunt) te moneri patieris: videlicet vt hominis felicitatē nō in fortunæ temeritate, ſed in animo eſſe ſitā memineris. Patriā, opes, honores, cæteraq; munera ſua fortuna poteſt eripere: animū ſapiētē neq; dare, neq; eripere poteſt. In te ipſo omne præſidiū tuū conſtitutum eſſe cogites: ſapiēti viro, prę ter turpitudinē, nihil acerbi poſſe accidere. Virtutē ſe ipſa contentā, nō ē caſuum mutabilitate pendere. Nō cruciari, ſed cruciatu dignum admittere, in malis eſt numerandum. Tua te v̈tute inuoluas oportet. Exilium dolet? non tu miſer, q̄ immeritus pateris: ſed ij longe miſerrimi, qui im-

Paradoxa.

merentē eiecerūt. Infelicius enim longe eſt facere iniuriā,q̄ accipere. Patriam ingratiſſimi ciues eripuerunt:animi magnitudinem,virtutem,integritatē, eruditionē, honeſtam famā eripere non potuerunt,nec poterūt. At hoc ipſum dolet,quòd optime meritus ab ea Rep. quā ſępenumero tua virtute ſeruaris,exulas? At iſtuc maximam ægritudinis partē leuare deberet. Socrates,vir integritate laudatiſſimus, venenum bibiturus, vxorem eiulantem, deplorantēq; ꝙ innocens eſſet moriturus,obiurgās, Stulta,inquit,nocentem me mori malles? At, Quod venit ex merito,leuiter,lenteq; ferendū: Quæ venit indigno pœna,dolenda venit. Vulgi iſta ſententia eſt, & ſtultitiæ plena. Sapiēti vero q̄ maior eſſe poſſit cōſolatio,q̄ ex recte factorū cōſcientia? q̄ quū aderit, etiā ſi fractus illabatur orbis,impauidū ferient ruinæ. Omne ſolum forti patria eſt. Egeſtas,exilium,bellum: nō mala,ſed materia virtutis ſunt. Creſcit enim & alitur aduerſis reb⁹ animi vigor,perinde vt ilex: quæ quo diligentius duris bipennibus tondetur, eo latius ramos diffundit. Darius ſe rebus aduerſis prudentiorem fieri dicebat. Ego vero ita exiſtimo,multos egregios viros fortunæ ſæuitia nō prudentiores modo, verū etiā clariores euaſiſſe. Num Herculis gloria per orbē ſic emanare potuiſſet,niſi illi Iuno tot mōſtra,tanq̄ virtutis materiam,obieciſſet? Vlyſſem equidem non tam bellicis reb⁹, q̄ tolerantia malorum, quibus decennium eſt iactatus, immortale nomen adſequutū puto. Cedunt ipſa interdum feliciter mala, & à ſuperis propitijs immittuntur. Multos tibi recenſere poſſem, quibus ita ceſſit exilium, vt

Confutatio.

Confutatio.

Sententia mixta ſimili. Apophthegma,

Exempla fabuloſa.

optandum fuiſſe videretur: qui quũ in patria vel obſcuri, vel inuidioſi vixiſſent, apud exteros & rẽ ampliſſimã, & ſummos honores ſunt aſſequuti.

Exemplum confictum.

Claudium virũ nobiliſſimũ à ciuibus in exilium actum, Gallia excepit. Iam exul adeo locuples claruſq; eſt, vt nõ modo patriã non deſyderet, verũ etiã ꝙ non ante reliquerit pœniteat. Petrũ Aliacenſem Cameracenſis ciuitas epiſcopum eiecit, Roma ex exule fecit Cardinalem. Multa apud noſtros ad gloriam virtutis via graſſantibus obſtant, ęmulatio, inuidia, poſtremo virtutis & ſplẽdoris ſatietas quædã. Quare cũ ex his rebus, quas tu ſemper es admiratus, & in quibus felicitatem conſtituendam iudicauiſti, nihil tibi deceſſit, nihil eſt quod te his caſibus vehementer afflictes, quibus natura vniuerſum hominum genus ſubiectũ eſſe voluit. Hac enim lege naſcimur omnes, vt omnibus fortunæ caſib⁹ ſubiaceamus. Sic libitum eſt fortunæ in rebus humanis ludenti, indignos attollere, optimum quemq; deijcere, læta miſcere triſtibus. Quid autem acerbum videri poteſt, cuius cõditio tibi cũ omnibus eſt cõmunis? Repete cogitatione & veteres & recẽtes annales. Quẽ tu regem, quem ducem, quem clarum virum ab hoc ſæuo fortunę ludo immunem fuiſſe comperies? Quoties illa è domino ſeruum, è rege captiuum, è conſule rhetorẽ, è triumphatore exulem, è patriæ conſeruatore hoſtem patriæ fecit? Quid vnquã habuit Gręcia Alcibiade vel generoſi⁹ vel fortius? At hic vbi ſplẽdore ſuo inuidiã ſuſcitaſſet, ex ea Republica, quã multis victorijs illuſtraſſet, in exilium eiectus eſt. Ariſtides ob inuidiam, quòd in morũ incorruptam integritatem vulgo

Mitigatio mali a communitate.

Exemplum Græcum.

iuſtus cognominaretur, oſtraciſmo dānat⁹ ſolum vertere iuſſus eſt. Quid Phocione iuſtius? at hunc etiam venenum bibere coēgit. Quid Socrate caſtius? at huic ſua virtus exitium attulit. Quid de Scipione dicā? quid de Bruto? quid de Catone? q̄d de Cicerone? qui ea Republica carere cōpulſi ſunt quā magno ſuo periculo ipſi ſeruaſſent? At quāto animo ſapientiſſimi viri, ciuium iniurias tulerūt? Nimirū intelligebant virtutē ſuam, & gloriā bene geſtis partam, non in ingrata patria reſidere, ſed vnà in exilium comitari. At fruſtra ſuā operā in ingratiſſimos ciues contulerant. Minime. Quid ita? quia non vt in patria ſeneſcerent, ea pericula ſuſceperāt, ſed vt æternam ſibi famā compararēt. Exules tamen erant. Minime. Quam ob rem? Eā enim pro patria habere deſierant, in qua talibus viris locus nō eſſet. Vbicūq; bene ſumus, in patria ſumus. Quare nō magno eius deſyderio tenebantur, vbi minus tute, q̄ in exilio viuendum intellexerāt. Numidico Metello, qui ob ſummam animi conſtantiam eiectus erat, quum in ſpectaculo ſedenti literæ reuocationis redderentur, ne aperiēdas quidem putauit ante q̄ ludi finirētur. Et Metellus quidem Roma negligenter planè carebat, ſed Metello Roma carere non potuit. Quā ob rē nō poterat? Quia cuius prēſentis animi magnitudine ciues inuidi cruciabantur, eius abſentis induſtriam requirebāt. Ille vero exulem ſe eſſe non meminit, ne afflictum quidem aut miſerum putabat. Cur ita? Nimirum perſuaſum habebat, eos qui rem exilio dignam admitterent, miſeros eſſe: eos vero q̄ ob virtutis inuidiam exularēt, nō ſupplicium, ſed gloriæ materiam acce-

Exemplum Romanum.

Subiectio.

piſſe. Secundis enim in rebus animũ magnũ obtinere, non magni negotij eſt. At ſęuiente fortuna animo non frangi, ſed ęquabilem mentis ſtatum
Collectio. tenere, id vero lõge pulcherrimũ putatur. Tu vero quũ ſis iſtis viris neq; rerũ vſu neq; animi magnitudine inferior, literarũ etiã peritia ſuperior,
Allegoriæ. ſtrenuos gubernatores debes imitari, qui quum maxime aduerſa tempeſtas incumbit, tũ minime à clauo diſcedunt. Neq; enim magni artificij eſt, tranquillo mari, ventiſq; ferentib9, rectum tenere curſum: ſed egregiũ nauclerũ tempeſtas arguit aduerſa. Et quoniã mare ingreſſis venti in manu non ſunt: ijs qui contigerũt, ęquo animo vtendũ erit. Adde fieri nonnũquam vt venti nimium ſecundi plus periculi adferãt, q̃ aduerſi: cogimurq; plus ęquo turgẽtia vela contrahere. Rebus enim plus ſatis ex ſententia procedentibus, facile pręcipites in exitiũ ferimur: aduerſis vero vt cautiores diligentioreſq;, ita tutiores nonnunquã ſumus.
Concluſio. Quapropter cordatis viris fortunæ fauorem ſemper ſuſpectũ eſſe video, quę tum maxime inſidiatur, quũ blãditur maxime. His ego te rationib9 facilè confirmaſſem, quanquam quale eſt Herculem velle conſolari? niſi iam certa de reditu tuo ſpes omnium tuorum animos obtineret. Tu fac vt animi virtutem domi bellique ſpectatam, in iſta interim palæſtra parem obtineas. Mihi liberorũ tuorũ negotia tãtæ ſunt curę, vt ne tibi quidẽ ipſi maiori eſſe poſſint. Vale. Quãquã autem orbitati & exilijs potiſſimũ adhiberi ſolet cõſolatio, tamẽ licebit & alia themata comminiſci varijs de rebus quæ moleſtiã adferũt: veluti de morbo corporis: de valetudine parũ proſpera aut firma:

de Senectute:de parũ bonis auibus contracto matrimonio,cuius fruſtra pœnitet:de monachali inſtituto:de ſacerdotio, aut alio vitæ genere, cuius tædet eũ qui ſeſe addixit: de generis infelicitate: de cõditionis humilitate:de paupertate moleſta: de inuidia:de rebus aliquo caſu ereptis,de beneficijs penes ingratũ hominem depoſitis: de liberis improba vita dehoneſtantibus parentem: de peſtilentia,de bello, cæteriſq; innumeris. Nam hos veluti fontes viſum eſt indicare præceptoribus, vnde ſumant ſubinde nouum thema.

Subijciemus & alterum exemplum. Antonius Suketus amiſit filium optimę ſpei adoleſcẽtem, Hunc conſolatur amicus.

ALIVD EXEMPLVM CONSOLATIONIS.

QVAM acerbum vulnus ex adoleſcentis optimi deceſſu pater acceperis Antoni clariſſime, equidem ex meo ipſi9 dolore facilè coniecturam facio. Quare vehemẽter ſim inhumanus,ſi parentem in tam triſti caſu lugere vetem,cum alienus ipſe non queam nõ lugere.Impudens autem merito videar,ſi tuo dolori parem mederi, cũ ipſi mihi medico ſit opus: ſiq; patri coner lachrymas abſtergere, cũ ipſe lachrymarum nullũ adhuc modum facere poſſim. Quanquam enim hoc fortunæ telum, paternum pectus alti9 ferire debuit,tamen illud tibi pręſtare ſolet ſingularis quædã ſapientia,vt omnes caſ9 humanos non ſolũ forti & infracto,verumetiam alacri perferas animo. Proinde tibi conſtes oportet,vt animi dolorem omnino iuſtiſſimum (quis enim neget?)ſi nondum potes abijcere,certe prę

Tranſit9 ad argumentationem.

Argumentatio,

Ratio. mas,ac modereris. Cur autem nō etiam abijcias? videlicet, vt quod ab idiotis impetrat paucorum dierum ſpatiū,id à ſapiētiſſimo viro impetret ratio. Nā quæ matercula tā impotēter filij mortem

Exemplum impar. luget, cui dies nō ægritudinē leniat primū, deinde penit⁹ etiam adimat? Nuſquam animo deijci, ſapientis eſt. At in ijs caſibus quibus omnes ex æquo maximi pariter ac minimi ſumus obnoxij, dolere immoderatius,extremę vecordię mihi vi-

Mitigatio mali a cōmunitate. detur eſſe. Quis enim ignorat, niſi prorſus incogitans,hac ſe lege natum eſſe,vt quandocunq; vo carit de⁹,ſit protinus hinc emigrādum? Itaq; qui

Aſimili. mortem hominis deplorat,quęſo,quid aliud ꝗ̄ ſe mortalem eſſe deflet? Aut cur potius mortem deplores,quàm natiuitatem,cum vtraq; iuxta ſecūdū naturam ſit? Perinde ac ſi quis gratias agat ꝙ ad conuiuium ſit admiſſus, queratur autem ſeſe dimitti. Quòd ſi quis velut è ſublimi ſpecula vniuerſi mortalium generis conditionem vitamque contempletur, nō merito delicatus ſibi videatur, ſi inter tot orbitatis exempla,inter tam denſa ſenum ac iuuenum funera grauius diſcrucietur animo, perinde quaſi ſoli nouū aliquod ac magnum malum acciderit,quaſiq; vnus tanquā albæ,quod aiūnt,gallinę fili⁹,extra publicā aleā ſtatui poſtulet. Quas ob res ſapientiſſimi legū conditores,vti

Ab authoritate. luctum aliquē parentū affectib⁹ indulgent,ne videlicet à quibuſlibet ἀπάθειαν illam exigere videantur,à nōnullis etiam Stoicis damnatā,ita eū modicis ſanè finibus circunſcripſerunt,ſiue quòd intelligerent, in id genus caſibus qui cum omniū ſunt communes, tum vero non fortunæ iniuria, ſed ipſo naturæ curſu atque ordine inducuntur,

breuem mœrorem ſufficere vel infirmiorib9, vt- pote natura, vuln9 quod inflixit, leniēte, ſenſimq; cicatricem obducente: ſiue quia perpenderint do- lorem nō ſolum inutilem eſſe ijs quibus impēdi- tur, verumetiā pernicioſum ijs à quibus ſumitur, grauem ac moleſtū, amicis ac familiarib9, vitæq; ſocijs. Iam vero ſi quis rem recta reputet via, an nō demētiæ ſpecies eſſe videtur, vltro malum ma lo addere: & cum fati iacturam nulla ratione ſar- cire poſſis, tamen vltro tibi perniciem accerſere? Perīde vt ſi quis ab hoſte nōnulla facultatū par- te ſpoliatus, quicquid reliquū eſt, id omne iratus in mare deijciat, atq; ad eū modū fortunam ſuam deplorare ſeſe prædicet. Quod ſi nos parum mo- uet minus ille nobilis, & quouis etiā philoſopho dignus, Feras, nō culpes, quod mutari nō poteſt: certe Dauidis ſapientiſſimi regis exemplum pul- cherrimum in mentē veniat, cui ſimul atq; pueri quem tenerrime diligebat, mors eſt nunciata, cō- feſtim ſolo erexit ſeſe, puluerem abſterſit, ciliciū abiecit, deinde lotus & vnctus, vultu mutato ala- cris ad epulas acceſſit. Id factum admirantibus a- micis, Quid eſt (inquit) cur me iam conficiā dolo re? Nam antehac vtcunque ſpes erat fieri poſſe vt meo luctu flexus deus infantem ſeruaret: nūc nul lis ille lachrymis ad nos reuocari poteſt, nos ad il lum breui properabimus. Quis tā demēs, vt cui- quam ſupplex eſſe velit quem certo ſciat precib9 non cōmoueri? At morte nihil inexorabilius, ni- hil ſurdius, nihil rigidius. Arte manſueſcunt feræ vel immaniſſimę. Eſt quo frangatur marmor: eſt quo molleſcat adamas: nihil eſt quo mortē dele- nias. Ea nec formæ parcit, nec opibus, nec ætati,

Simile. Exempla. A ſimili.

nec imperijs. Atq; ob id ipſum æquiore ferenda animo, vel quòd ineuitabilis, vel quòd tam ex æquo communis omnibus. Iam vero quid ego tibi recenſere pergã tot ethnicorũ exempla qui ſuorum interitũ excelſo infractoq; tulerint animo? A quibus animi fortitudine ſuperari chriſtianos, nõnne turpiſſimum videatur? Nũc tibi ſuccurrat nobilis illa, meritóq; literis omniũ celebrata Telamonis & Anaxagoræ vox: Sciebã me genuiſſe mortalem. Succurrat Pericles Athenienſiũ dux, nõ tamen eloquentia, quã animi fortitudine celebris: qui cum intra quatriduum duobus mirificis adoleſcentulis orbat⁹ eſſet, ſolito vultu, atq; adeo coronatus etiam in concione diſſeruit. Succurrat Xenophon ille Socrate præceptore dign⁹: cui cũ inter ſacrificãdum mors filij eſſet nunciata, coronam modo depoſuit, atque eandẽ mox repoſuit ſimul atq; fortiter in acie cecidiſſe cognouit. Succurrat Dion Syracuſan⁹, qui cum in amicorũ cõſeſſu nonnihil agitaret, ac ſubito tumultu in ædibus coorto ſciſcitatus quid eſſet rei, didiciſſet filium de tegulis lapſum interiſſe, nihil commotus iuſſi extincti corpus mulierib⁹ rite ſepeliendum tradi: ſeſe quod inſtituerat, non omiſſurum. Hũc imitat⁹ Demoſthenes, amiſſa filia chariſſima, atque vnica, ſeptimo ab eius obitu die coronatus, & candido veſtitu ad populum prodijt. Cuius facti & fidem confirmauit, & illuſtaruit gloriã Aeſchinis inimici criminatio. Succurrat rex Antigon⁹, cui cum nũciatum eſſet filium in extraordinario conflictu concidiſſe, pauliſper cunctatus, & intuens eos qui renũciarant, magno quidem animo, Sero, inquit, interiſti Alcynone (nam id erat filio

Exẽpla imparia,

nomen) quia tam temere in hoſtes te cõieceris, neque tuæ ſalutis, neq; meorum memor monitorũ. Quòd ſi Romana te magis capiũt exẽpla, reſpice Puluillum Horatium, cui Capitolium dedicanti, cum nunciatum eſſet filium vita defunctum eſſe, nec manum à poſte remouit, neq; vultum à religione ad priuatũ dolorem flexit. Reſpice Paulum Aemilium, qui intra ſeptẽ dies duobus amiſſis filijs, progreſſus in concionẽ, vltro populo Romano gratulatus eſt, quòd publicam fortunæ inuidiam domeſtico luctu redemiſſet. Cogita Qu. Fabium Maximum, qui cum filium conſularem, & egregijs clarũ geſtis amiſiſſet, cõſul in cõcionem prodijt, & encomium filij recitauit. Intuere Catonem Cenſorium, cui cum filius natu maior obijſſet, ſingulari ingenio, ſũma virtute iuuenis, ad hęc prætor iam deſignatus: nihil tamen hoc caſu commotus eſt vt Reipublicæ negotia ſegnius adminiſtraret. Occurrat Martius, cognomento Rex. is cum filiũ ſummæ pietatis, magnæ ſpei, poſtremo vnicum amiſiſſet, orbitatẽ ſuam adeo infracto tulit animo, vt ſtatim à rogo iuuenis curiã peteret, ac ſenatum legis ferendæ cauſa euocaret. Occurrat L. Sulla, cui filij mors nihil omnino acerrimã illius in hoſtes virtutẽ contudit, nec effecit vt falſò ſibi felicis cognomentum vſurpaſſe videretur.

L. Bibulus poſtero ſtatim die quàm vtrũque filiũ interfectum cognouit, ad ſolita officia proceſſit in publicum. Huius collega C. Cæſar cum Britanniã peragraret, & filiæ mortẽ didiciſſet, tamen intra tertiũ diẽ iperatoria obijt munia. M. Craſſus in Parthico bello, cum filij caput pilo præfixũ conſpiceret, nam id hoſtes ludibrij cauſa propius

accedētes oſtentabant, cōuitijs etiam exaſperan-tes calamitatem, vſqueadeo non eſt animo cōſter-natus, & repēte per omneis ordines equo circūue-ctus clamaret, ſuum hoc malū priuatim, cæterū publicam Reipub. ſalutem in militū incolumita-te ſitam eſſe. Atque vt omittam exemplorū ag-mē, Gallos, Piſones, Scęuolas, Metellos, Scauros, Marcellos, Aufidios: Claudi⁹ Cęſar cū eum ami-ſiſſet quē & genuerat, & adoptauerat, ipſe tamē pro Roſtris laudauit filiū, in cōſpectu poſito cor-pore, interiecto tātūmodo velamento, quod pō-tificis oculos à funere arceret: & flēte populo Ro-mano, ſolus nō fleuit pater. Atq; vt hos quidem imitari pulchrum, ita turpiſſimū ſit nō præſtare viros eū animū quē fœminæ pręſtiterūt. Corne-lia duos filios, Tib. Gracchū, & C. Gracchū, & oc-ciſos vidit, & inſepultos. At cōſolantibus amicis, ac miſeram dicentibus: Nunquam (inquit) nō fe-licem me dicam, quę Gracchos peperi. Sed quid nos hæc ex priſcorum annalibus repetimus? qua-ſi vero non quotidiana vita ſatis exemplorū ſup-peditet? Circunſpice vicinos, circunſpice cogna-tos & affines: quot reperies etiā mulierculas, quæ mortem liberorum moderate ferant? Intātum nō opus eſt ad hanc rem magnis philoſophiæ præſi-dijs. Nam ſi quis modo ſecum animo reputarit q̄ calamitoſa ſit hæc noſtra omnis vita, quot pericu-lis, quot morbis, quot caſib⁹, quot curis, quot in-cōmodis, quot vitijs, quot iniurijs ſit obnoxia: q̄ exigua pars eius nobis abeat, non dicam cum vo-luptate, ſed non aliqua ægritudine contaminata: deinde quàm fugax etiam ac præceps: propemo-dum etiam gratulabitur ijs qui maturius eā reli-

Tranſitus.

Ab extenuatione cōmodi amiſſi.

querint? Breuitatē grauiter expreſſit Euripides, qui vitam mortalium dieculā vnā appellant. Sed melius Phalereus Demetrius, Euripidē caſtigās, qui eam non poti⁹ temporis pūctum dixerit. Optime vero Pindarus, qui vitam hominū, vmbræ ſommium appellat. Res duas maxime nihili cōiūxit, vmbram & ſomniū: vt planè q̄ ſit inanis hæc vita demoſtraret. Porrò q̄ eadem ſit calamitoſa, probe perſpexiſſe vidētur antiqui poëtę, qui mortaliū genus nō alio epitheto rectius inſigniri poſſe iudicarūt, quā ſit eos μοχθηρους και δειλους, id eſt calamitoſos & miſeros, cognominarēt, Nā prima pars æui, quæ quidem optima putatur, ſeſe neſcit. Mediam protin⁹ negotiorum tumult⁹, curæq; incipiunt. Extremā, morbi ac ſenectus occupat, vt de feliciſſimis interim agam⁹. Quis igitur nō optimo iure probet illā Sileni ſententiam, Optimum eſſe non naſci, proximus q̄ ociſſime aboleri? Quis nō approbet Thracum inſtitutum, qui naſcētes luctu lamentiſq; excipiunt: rurſum exeuntes è vita, gaudio, gratulationibuſq; proſequi ſolēt? Quòd ſi quis ipſe ſibi narret, quæ ſuis auditoribus ſolitus eſt Hegeſias, is & ſuā mortem optabit potius q̄ horreſcet, & ſuorū obitū æquiſſimo feret animo. At obſtrepit interim patern⁹ dolor: ante diem perijt, perijt adhuc ephebus, perijt optimus, ac ſingulari pietate filius, vitaq; longiſſima dign⁹. Queritur naturæ vices inuerti, quòd filio pater, iuueni ſenex ſupſtes ſit. Sed obſecro te per deum immortalē, quid tandem appellas ante diem? Quaſi vero non vnuſquiſq; vitæ dies & ſupremus eſſe poſſit. Alius intra materni latebras vteri vixdum homo præfocatur, & inter fingen- Confutatio. A finitione.

tis adhuc naturæ manus intercidit. Ali⁹ dum na-
ſcitur, alius dum vagit in cunis, abripitur. Ali⁹ in
ipſo ſtatim æui flore, vixdum percepto vitæ ſen-
ſu, perit. Ex tot hominum millibus, quàm paucis
datum eſt ad ſenectę limen, quemadmodum vo-
cat Homerus, pertingere? Hac nimirum lege de⁹
animum in huius corpuſculi pręſidio cōſtituit, vt
quocunq; die, quocunq; mométo iuſſerit decede-
re, protinus inde ſit exeūdum. Neq; vero quiſquā
ante diē euocari ſibi videri poſſit, cū nulli ſit cer-
tus dies præſcriptus, ſed is demum legitimus eſt
dies, quēcūq; imperator ille noſter ſupremum eſ-
ſe voluerit. Nos, ſi ſapimus, vnūquenlibet perin-
de vt ſupremū operiemur. Quanquā in tanta vi-
tæ breuitate, fugacitateq;, quātulum quęſo refert,
paulo ſeri⁹, an maturius eximaris? Neq; enim ma
collatio. gis intereſſe videtur, q̄, cum plures ad capitis ſup-
plicium ducūtur, prim⁹, tertius, an octauus feria-
ris. nihilominus mox feriendus. Quid enim aliud
ipſa vita, q̄ perpetuus quidam ad mortem curſus?
Niſi quod commodius cum ijs agitur, qui à tā la-
borioſa vitæ functione maturius dimittūtur. Ve-
rum vt amētis eſt, iniuſſu imperatoris è caſtris ex
collatio. cedere, ita ſtulti atq; ingrati, miſſionē à duce ce-
lerius datam nō libenter amplecti. Maxime ſi iā
non ſine laude diſcedat qui dimittitur, ſiq; ad prę
mium, nō ad ignominiam auocetur. Neq; enim
ſententia. cōuenit æui ſpatium ſolſtitijs metiri. Recte factis
æſtimanda eſt ætas: vt is diu vixiſſe putetur, non
qui plurimos annos ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, vt
inquit Homerus, terrā preſſit, & numero addidit:
ſed qui gnauiter peracta vitæ fabula, honeſtā ſui
memoriā poſteris reliquit. An quereris quòd ſta-

tūm tibi talem filium dederit deus, qualem optaſſes poſt annos multos euadere? Quid quod neq; vſqueadeo præmature defunct9 eſt noſter adoleſcens? Iam vigeſimum attigerat annum: qua quidem ætate mea ſentētia, optimum eſt mori, quia viuere dulciſſimum. Iam patriæ ciuē bonū, iam patri filium pium, iam æqualibus conuictorem iucundum, deniq; ſuperis bonam & integram mētem præſtiterat. Deceſſit vitiorum ignarus, calamitatum imperit9. Porrò quid allatura fuerit vita longior, incertum. Certe pleruq; fieri videmus vt poſteor ætas & grauioribus vitijs adoleſcentiæ puritatem inficiat, & pluribus calamitatibus iuuētutis felicitatem cōtaminet. His omnibus ſeu malis, ſeu periculis illum mors ſita ſubduxit. Nūc deniq; tuo gloriari potes te filiū optimū habuiſſe, vel habere magis. Sed habueris tātū, non habeas etiam: vtrum potius equū eſt, diſcruciari te quod amiſeris? an gaudere, qui talem habueris? Vide ne parum grati ſit animi, meminiſſe repetiti muneris, non meminiſſe dati. Magnum profecto munus, filius pius: ſed ita datum, vt ad tempus frueris, non vt perpetuo tuum eſſet. Sic enim tecum conſydera vir ſapietiſſime, imo ſic pariter conſyderem9. Si quis princeps, ſummi pretij ſummęq; artis tabulam nobis dediſſet vtendā, vtrum eam, quandocunq; collubitum fuerit, repoſcenti, ſereno vultu reddemus, gratias inſuper agētes? an triſtes ad hunc modū cum eo expoſtulabimus? O te crudelem, q̄ pretioſo munere nos ſpoliaſti, quātā voluptatem nobis ademiſti, quàm cito rem tam egregiā nec opinantib9 eripuiſti? Nônne is optimo iure tam ingratis querimonijs ad hunc reſpō-

A ſimili. (margin)

Proſopopœia. (margin)

derit modũ? Hoccine præmij pro meo officio re‑
porto? Itáne nihil meminiſtis, niſi hoc tãtũ, quod
belliſſimam tabulã amiſiſtis? Excidit animo, gra‑
tis & vltro cõmodaſſe me? vos tot iã dies mea be‑
nignitate pauiſſe oculos, animũ oblectaſſe? Quod
dedi, benignitatis erat. quod repoſco, meo iure fa
cio. Vobis aliquid ex me lucri fuit, iacturæ nihil
fuit, niſi quòd veſtro vitio id eſſet proprium fin‑
gebatis, quod erat commodatitiũ. Proinde perire
vobis videtur, quod repetitur. Imò quo pretio‑
ſior, quo iucũdior ea res fuit quã vtendã permiſi,
Epiphonema. hoc magis atq; magis mihi debetis. Nec ante tem
pus repetitum videri oportet, quod citra iniuriã
poterat non cõmitti. Hæc ratio ſi nullo pacto re‑
felli poterat, cogita quanto iſtius natura dolorem
ac querelas noſtras huiuſmodi ſermone poſſit re‑
prehendere. Atq; his nimirũ rationibus dolorem
Tranſitus. noſtrũ leniri cõueniebat etiam ſi mors totũ homi
nem tolleret, neq; quicquam noſtri poſt funus ſu‑
pereſſet. Nunc ſi ſaltẽ hoc credimus, de quo nihil
addubitauit Socrates ille Platonicus, videlicet ho
minem ipſum animum eſſe corp⁹ hoc nihil aliud
eſſe, q̃ animi vel organum, vel domicilium, aut, vt
verius dicam, ſepulcrum & carcerem, vnde cum
emerſerit, tum demũ ſui iuris eſſe, multóq; quàm
antea felicius viuere: quid eſt quòd mortẽ incuſe‑
mus? quãdoquidẽ vſqueadeo nõ perit ille qui mo
ritur, vt tum demum naſci videatur potius. Et no
bis animo frui licet, quod oculis non cernimus: ni
hilò ſecius quã amicis abſentibus cogitatione frui
ſolemus. Et haud ſcio an aliquanto ſuauius, quàm
ſi eos coràm oculis cõſpiceremus, propterea quòd
corporum conuictus nõ raro nobis offenſarũ ma

teriã cõſueuit miniſtrare: & cõſuetudinis aſſiduitas, amicitiæ iucunditatẽ nõnihil imminuere. Ei⁹ rei ſi deſyderas exemplum, an non ſat argumento ſunt Apoſtoli, qui tum demum vere frui Chriſto, verẽq; amare cœperunt poſteaquã illis corporea præſentia fuiſſet adempta? Sic eſt profecto, bonorũ amicitia, animorum non corporum coniunctione cõſtat. Qui vere amãt, animos amant, non corpora. At animorũ copulã nulla vis, nulla temporum, nulla locorum intercapedo poteſt dirimere. Porrò nimis q̃ puerile eſt amicũ iã periſſe putare ſimul atque ſub oculis eſſe deſierit. Tu quoties libebit, filium tibi cogitatione, ſermonibuſq; pręſentem reddes. Ille viciſſim tui meminit, ſentitq; penitus animi tui affect⁹: nonnunq̃ & in ſomnis occurſabit patri: & arcanis quibuſdã modis animus vtriuſq; ſeſe cõplectẽtur, & confabulabuntur. Quid autem prohibet quominus iã nunc imagineris cum illo te viuere, qui cum paulo poſt es victurus? Quantulum enim eſt hoc omne quod viuimus? Sed hacten⁹ ijs remedijs ſum vſus, quibus cum ethnico quolibet agere poterã. Nunc quid pietas, quid Chriſtiana fides à nobis impetrare debeat, paucis conſyderemus. Iam primum ſi maxime miſera mors eſſet, tamen oportebat boni conſulere, quod nulla via corrigi poterat. Rurſum ſi totum extingueret hominem, æquius tamen ferenda, quòd tot huius vitę calamitatibus finem imponat. porrò ſi animũ originis æthereæ, graui corporis ergaſtulo liberat, propemodũ etiam gratulandũ ijs qui è vita deceſſerint, & in felicem illam libertatem poſtliminio redierint. Nunc vero quum haud dubie pias animas Trãſitus ad noſtratia.

ex huius vitæ procellis ad immortalitatis portũ tranſmittat, ac ne pilum quidẽ hominis perimat, quippe corporibus quoque ad eandem immortalitatem aliquando reuocandis: vtrum quęſo lugere, an magis gratulari cõueniat ei, quẽ ex hoc turbulentiſſimo vitæ pelago in trãquillam illam immortalitatis ſtationẽ mors matura tranſuexerit?

Contentio

Age, pauliſper hui⁹ vitę (ſi modo vita eſt appellãda) ſordes, ærũnas, pericula in vnũ congere: rurſus è diuerſo ei⁹ vitæ cõmoda, quæ pios hinc ereptos manent, compone: & facile videbis hoc homine nihil eſſe iniuſtius, qui ſummum bonũ, ad quod vnum nati conditiq; ſumus, perinde quaſi maximum malum deploret. Orbum tè clamitas, cum filium cælo genueris? cuius ceu numinis cuiuſdam memoriã vt sacroſanctam venerari poſſis? qui cælitus tui curam agens, res tuas ceu dexter aliquis deus bene fortunare valeat? Neq; enim ille aut non ſentit res mortalium, aut ſolitam in patrem pietatem vna cum corpore depoſuit. Viuit profecto, mihi crede, viuit ille, adeſt q; pręſens nobis; & hoc ipſum noſtrũ colloquium audit, ſentitq;, ac fortaſſis hunc ipſum luctum noſtrũ ridet, ac damnat. Quòd ni corporum horũ moles obſiſteret, fortaſſis & audiremus eum lachrymas noſtras huiuſmodi dictis increpantẽ: Quid iſtuc eſt quod agitis? Quid ſenectutem veſtram inutili, ne dicam amenti, luctu conficitis? Quid iniquiſſimis querimonijs fatum, fortunam, mortem in iùs trahitis? An mihi ex iſtius vitæ malis exempto, & in hanc felicitatem euecto inuidetis? Sed bona verba. Non inuidet nec paterna pietas, nec amicitiæ candor. Verum quid aliud ſibi vult iſta com-

Proſopopœia

ploratio? An lachrymis dignum cenſetis, ꝙ è ſer uitute in libertatem, de erumnis ad felicitatem, de caligine in lucem, de periculis in tutũ, de morte ad vitã, de morbis ad immortalitatẽ, de tot malis ad ſummũ bonũ, de caducis ad æterna, de terrenis ad cæleſtia, deniq; ꝙ ab hominum colluuie ad angelorum contubernium ſum traductus? Iã appello veſtros iſtos animos. Quæſo per veſtrã in me pietatem, ſi vobis eſſet in manu me ad iſtã reuocare vitã, num eſſetis reuocaturi? At quo tandem flagitio tantum odium commerui? Si reuocare nolitis, quorſum attinent iſtæ querelæ, nõ ſolum inutiles, vt dixi, verumetiam impiæ? Porrò niſi me immortalitas iamdudum omnis doloris expertem reddidiſſet, ego viciſſim veſtras iſtas lachrymas alijs lachrymis deflerẽ, & tam craſſam animi veſtri caliginem commiſerarer. At noſtrã ipſorũ vicem ploramus, inquitis. Verum iſtuc ſanè haud amantium eſt, ſed ad ſeſe reſpicientium, & vel alieno incommodo ſuis rebus conſulere volentiũ. Sed age, quid tandem iſtuc iacturæ eſt, qđ mea mors vobis attulit? an quod conſpectu meo frui non licet? Atqui nihilo ſecius interim memoria noſtri frui licet, tanto quidem felicius, quanto tutius. Nam exiſtimate me malis omnibus præreptum, quæcunq; in vita homini poſſunt accidere, & quorũ magnam partẽ veſtra viuacitas expta eſt. Non eſt qui vobis obſequiũ exhibeat, ſed eſt qui apud deum optimũ maximum pro veſtra ſalute patronũ agat, vt ſedulum, ita & efficacem. Denique quantulum hoc momenti eſt quod noſtram dirimet conſuetudinem? Vos modo ꝓ veſtra virili date operam, vt pie peracta vitæ fabula

Contraria.

Fictio.

Confutatio.

mors dignos reperiat qui huc traducamini. Hæc inquam ſi nobis loqueretur filius, nonne merito noſtri luctꝰ nos pudeſceret? His fermè rationibꝰ animi mei vulnus lenire ſoleo. quæ tibi cõmunia facere volui, non quòd his remedijs magnopere egeres, ſed arbitratus ſum congruere, vt qui cum mihi luctus eſſet communis, cum eodẽ & conſolationem communicarem. Cæterũ vt quæ fuſius

Epilogus. diſſerta ſunt, in epilogum contraham, hoc pacto efferueſcentem animi tui dolorẽ coërcebis, Mortuus eſt filius? Genueras mortalẽ. Tanto, inquis, bono priuatꝰ ſum. Reddidiſti ei qui gratis dederat. Grauis orbitas. Leuiꝰ ferẽdũ, quod aliqua ſarciri poteſt. Patrẽ deſtituit. Quid ꝓdeſt flere, qđ mutari non poteſt? Aut cur anxie deplores, quod tibi cũ tot hominũ millibꝰ cõmune eſt? Sed interitum filij non poſſum non flere. Quiduis potius quàm perit, qui bene moritur. At occubuit ĩmatura morte. Nulla mors non matura rectè moriẽti. Ante diẽ viuere deſijt. Nullus cuiq̃ certus mortis dies. In ipſo æui flore extinctus eſt. Tũ optimũ eſt mori, cum viuere eſt ſuauiſſimum. Obijt adoleſcens. Hoc pluribus vitę malis ſubductꝰ eſt. Optimum amiſi filium. Gaude quòd talem habueris. Innocẽs è vita deceſſit. nulla mors magis optanda, minuſq; deploranda eſt. Sed interim filio frui non licet. At animo licet, & mox ipſo totus toto frueris. Si quid nouiſti rectius iſtis, Candidus imperti: ſi non, his vtere mecum. Ac bene vale, quod quidem vult etiam ipſe filius.

Cicero. SYLVA.

Quapropter hoc te primũ rogo, ne contrahas aut demittas animum, neve obrui tanquam flu-

ctu,ſic magnitudine negotij ſinas,cõtraq; erigas, ac reſiſtas, ſiue etiã vltro occurras negotijs. Nullus dolor eſt quem non tẽporis longinquitas minuat atq; molliat,& cui non callum obducat.Homines nos eſſe meminerimus, ea lege natos, vt ſub telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra:neq; eſſe recuſandum quo minus ea qua nati ſumus conditione, viuamus: neve tam grauiter eos caſus feram⁹,quos nullo conſilio vitare poſſumus.Euentiſq; aliorũ memoria repetitis, nihil accidiſſe nobis noui cogitem⁹. Homines ſapientes, turpitudine,nõ caſu & delicto ſuo,nõ aliorũ iniuria cõmoueri debẽt.Cõſciẽtiã rectæ volũtatis,maximã cõſolationem eſſe rerũ incommodarũ:nec eſſe vllum magnũ malũ pręter culpam,memineris.

Eſt omnino difficile, non grauiter id ferre:ſed tamen animos noſtros maximis in rebus gerẽdis & ſuſtinẽdis exercitatos,frangi & debilitari moleſtia nõ oportet: quoniã moleſtiſſime homines ferre debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt. Cicero.

Tu fac animo magno fortiq; ſis, ſpereſq; fore vt fracto impetu leuiſſimi hominis, tuam priſtinam dignitatem & gloriam conſequaris.

Me in ſummo dolore,quem in tuis rebus capio, maxime ſcilicet cõſolatur ſpes, quòd valde ſuſpicor fore vt infringatur hominũ improbitas & cõſilijs tuorum amicorum, & ipſa die, qua debilitant ur cogitationes & inimicorum, & proditorum. Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Cic. epiſtol. familia.

Lib.iiij.epiſtola: Vehementer te eſſe ſolicitum. Eodem, epiſt. Poſtea q̃ mihi.Eodem, Neq; mo-

nere te audeo.

Reliquum eſt, vt conſoler, & afferam ratiões quibus te à moleſtijs coner abducere. At ea quidẽ facultas, vel tui vel alterius conſolandi, in te ſumma eſt, ſi vnquam in vllo fuit. Itaq; eam partem, quæ ab exquiſita quadam ratione & doctrina ꝓficiſcitur, non attingam: tibi totam relinquam. Quid ſit forti & ſapiente homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid ſtudia, quid artes quibus à pueritia floruiſti, à te flagitent, tu videbis.

Extremum illud eſt, vt te horter & obſecrem animo vt maximo ſis: nec ea ſolum memineris, quæ ab alijs magnis viris accepiſti, ſed illa etiam, quæ ipſe ingenio ſtudioq; peperiſti. quæ ſi colliges, & ſperabis omnia optime: & quæ accident, qualiacunq; erunt, ſapienter feres. Sed hęc tu melius, vel optime omnium.

Quare nõ debes aut propriam fortunam, aut præcipuam poſtulare, aut communem recuſare.

Lib. v. epiſtola: Et ſi vnus ex omnibus, tota. Eodem: Et ſi egomet. &c.

Sed vt illa ſecunda moderate tulimus, ſic hanc non ſolum aduerſam, ſed etiam fųnditus euerſam fortunam fortiter ferre debem⁹: vt hoc ſaltem in maximis malis boni conſequamur, vt mortem quam etiã beati contemnere debeamus, propterea q̃ nullum ſenſum eſſet habitura, nunc ſic affecti non modo contemnere debeamus, ſed etiam optare. Tu ſi me diligis, fruere iſto otio, tibiq; pſuade, præter culpam ac peccatum, quo ſemper caruiſti & carebis, homini accidere nihil poſſe qđ ſit horribile aut pertimeſcendum.

Lib.vj.epiſtola:Et ſi ea perturbatio &c.

Sin omnino interierint omnia,fueritq́ʒ is exitus quẽ vir prudentiſſim⁹ M.Antonius iam tum timebat,cum tantum inſtare malorũ ſuſpicabat: miſera eſt illa quidẽ conſolatio,tali præſertim ciui,& viro,ſed tamen neceſſaria, nihil eſſe præcipue cuiq̃ dolendũ in eo quod accidat vniuerſis. Quæ vis inſit in his, paucis verbis (plura enim cõmittẽda epiſtolæ nõ erant) ſi attẽdes, qđ facis, profecto etiam ſine meis literis intelliges &c.

Ita enim viuere, vt nõ ſit viuendũ, miſerrimũ eſt:mori autem nemo ſapiens miſerum duxit,ne beato quidem.

Sed in ea es vrbe,in qua hęc vel plura & ornatoria parietes ipſi loqui poſſe videantur &c.

Ego tibi hoc cõfirmo,& ſi leuis eſt cõſolatio ex miſerijs aliorũ, nihilo te nũc maiore ĩ diſcrimine eſſe,q̃ quẽuis aut eorũ q̃ diſceſſerint,aut eorũ qui remanſerint. Alteri dimicant,alteri victori timẽt. Sed hęc cõſolatio leuis,illa grauior,qua te vti ſpero,ego certe vtor. Nec enim dũ ero,angar vlla re, cũ omni vacẽ culpa: & ſi nõ ero,ſenſu omnino carebo. Sed ruſ⁹ γλαυκα εις ἀθήνας qui ad te hęc.

Lib.vj.ex epiſtola: Noui quid ad te. ab eo loco:Hoc loco ſi videor augere &c.

Quod reliquũ eſt,quãdo tibi ṽt⁹ & dignitas tua reditũ ad tuos aperuit,eſt tuę ſapiẽtię,magnitudiniſq́ʒ animi,q̄d amiſeris,obliuiſci:q̄d recuperaueris,cogitare. Viues cũ tuis,viues nobiſcũ. Pl⁹ acquiſiuiſti dignitatis, q̃ amiſiſti rei familiaris: q̃ tamen ipſa eſſet iucundior, ſi vlla eſſet Reſpub.

Lib.vj.ex epiſtola: Gratulor tibi mi Balbe, ab eo loco: Mihi tamen placuit mi Balbe.

Tua me calamitas vehementer excruciat, meis incommodis modice tangor.

Tu fac habeas fortem animũ, quem ſemp habuiſti: primũ ob eas cauſas, quas ſcripſi: deinde ꝙ ea de Repub. ſemper voluiſti, atq; ſenſiſti, vt non modo ſecunda ſperare debeas, ſed etiam ſi omnia aduerſa eſſent, tamen conſcientia & factorum, & conſiliorum tuorum, quęcunq; acciderent, fortiſſimo & maximo animo ferre deberes.

Quam ob rem fac animo magno fortiq; ſis: & ſi turbidiſſima ſapienter ferres, tranquilliora læte feras.

De reliquo, vt te ſæpe per literas hortatꝰ ſum, ita velim tibi perſuadeas, te in hac cauſa nihil habere quod timendum ſit, præter cõmunẽ caſum ciuitatis: qui etſi eſt grauiſſimꝰ, tamẽ ita viximꝰ, & id ætatis iam ſumus, vt omnia quæ non noſtra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus.

Vacare culpa magnum eſt ſolatium, pręſertim cum habeam duas res quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſciẽtiam, & maximarum rerum gloriam: quarum altera mihi viuo nunquàm eripietur, altera ne mortuo quidem.

Lib. ix. epiſtola: Delectauerunt me literæ tuæ. locos habet conſolatorios.

Ad Atticũ. Ac ne ſis perturbatus. Noui enim te: & non ignoro quàm ſit amor omnis ſolicitus atque anxius. Sed res eſt, vt ſpero, non tam exitu moleſta, quàm auditu.

Sed ad hæc omnia vna conſolatio eſt, quòd ea conditione nati ſumus, vt nihil quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus.

Ex lib. ad Brutũ, tota, & elegãs: Fũgere officio

EX EPISTOLIS PLINII SECVNDI.

QVIBVS ex cauſis neceſſe eſt tanquã im maturam mortẽ ei⁹ in ſinu tuo defleã, ſi tamen fas eſt fieri, aut omnino mortem vocari, qua tanti viri mortalitas magis finita, q̃ vita eſt. Viuit enim, viuetq́ ſemper, atq́ etiam latius in memoria hominũ & ſermone verſabitur, poſtquã ab oculis receſſit. Volo tibi multa alia ſcribere, ſed totus animus in hac vna contẽplatione defixus eſt. Virginiũ cogito, Virginium video, Virginium iam vanis imaginibus, recentibus tamen, audio, adloquor, teneo: cui fortaſſe ciues aliquos virtutibus pares & habemus & habebimus, gloria neminem. Plinius.

Vt enim crudum adhuc vulnus, medentiũ manus reformidat, deinde patit̃, atq́ vltro requirit: ſic recẽs animi dolor cõſolationes reijcit, ac refugit, mox deſyderat, & clemẽter admotis acqeſcit

Torqueor quòd diſcipulũ, vt ſcribis, optimæ ſpei amiſiſti, cui⁹ & valetudine & morte impedita ſtudia tua quid neſciam, cum ſis omnium officiorum obſeruãtiſſimus, cumq́ omnes quos probas, effuſiſſime diligas?

Iiſdem nunc ego te, quibus ipſum me hortor, moneo, confirmo. Et gaudium mihi, & ſolatiũ in literis: nihilq́ tam lætũ, quod is lætius: nihil tam triſte, quod non per has minus triſte. Tamen in magna conſolatione ingens eſt ſolicitudo.

CONSOLATORIA SYLVA MEA.

VALEAT illa vulgi ſententia, vbi nõ ſis qui fueris, non eſt cur viuere velis. Quę ſi min⁹ poteſt tota diſplicere, cogita nõ

tantũ qui nuper fueris, ſed qui olim: neq; tãtũ obuerſetur animo tuo vnde cecideris, ſed etiam vnde ſurrexeris.

Abſit à viro muliebris illa vox, Dũ mea me victum doceat fortuna dolere. Imo te ratio reddat aduerſus omnes vitæ caſus inuictũ, vt propellas animo dolorem, non vt aſſueſcas.

Tibi recti cõſcientia, & bonorum iudiciũ pluris eſſe debet, quàm inuidorum hominũ ſermo.

Magis te confirmare debet paucorũ inſignium & probatiſſimorum hominũ graue teſtimoniũ, quàm inepti vulgi fabulæ.

Leuius iſta feres ſi præcipias animo quid poſteritas de te loquutura ſit potius, q̃ tuum ſeculum, cui liuor adimit iudicium.

Neq; tantũ de fortuna tua ademiſſe, quantum ad nominis tui gloriam addidiſſe ęmulorum tuorum iniuria mihi videtur.

Non hic tui conſolandi officium mihi ſumpſi, quod min9 magnifice de animi tui magnitudine ſentirem: ſed quemadmodum gubernatores optimi vim tempeſtatis, ita viri fortiſſimi fortunæ impetum ſuperare interdum non poſſunt.

Non me ſugit q̃ graue vuln9 acceperis ex vxoris obitu. Amiſiſti fœminam ſingularis exempli, etiamſi priſcis ſingulis vixiſſet. Qũam illa marito verecũdiã præſtitit, quũ ipſa ſummã mereretur? Quàm multas, q̃ eximias virtutes ex diuerſis ętatibus, ex varijs matronis collectas ac mixtas vna expreſſit? Tamen hoc tibi debet eſſe magno ſolatio, quod tantum bonum tam diu poſſederis. Vixit enim tecum annos quadragintaquatuor, ſine iurgio, ſine offenſa. Sed hoc ægrius fero, inquies,

quo tenui diutius. nam guſtatas tantum volupta tes facilius obliuſcimur. At vide ne ingrati ſit hominis, tantum cogitare quid amiſeris, non memi niſſe q̃ diu fruitus ſis. Certe prudẽtiæ tuæ fuerit, non committere ne hoc valeat apud animũ tuum ratio, quod alioqui neceſſitas ipſa, & dies lõga, & ſatietas doloris inducit.

Communis dolor. Tu nepotibus, ego pronepotibus orbatus ſum. Sed ſpero futurum vt alij nati dolorem hunc gaudio mutent, quando ſalua, eſt vnde hoc ſperare licet.

Multum ab iſtis diſſentio, qui in graui dolore putant hominem ſibi relinquendum, donec vulnus tempore mitius, medicam admittat manum. At ego quemadmodũ primum arbitror, animum philophiæ, præceptis aduerſus omnes malorum incurſus veluti antidoto pręmunitum habere: ita proximũ arbitror, ſtatim repugnare dolori, ne veluti morbus iam familiaris factus, nullis remedijs poſſit exigi.

Scribis dolorem quem ex vxoris obitu conceperas, non ſolum non leniri die, ſed in dies etiam incrudeſcere.

Quo magis cenſeo, velut in vetere morbo, ad quælibet mutationis auxilia confugiendum. Sũt balnea, ruſticatio, negotiorum cura, ſtudia literarum, peregrinatio, ſpectacula, contentio cum aduerſarijs, publici magiſtratus functio. Horum atque his ſimilium nunc hoc, nunc illud tentãdum eſt. Fortaſſis incides tandẽ in aliquid quod ęgritudinẽ iſtam animi vel ſanet, vel ceu clauus clauum protrudat.

CONSOLATIO FAMILIARIS CVM OBIVRGATIONE, MEA.

E ne ſic angi, ſic animo iacere? Quorſum tādem attinet vt te afflictes, vt te lachrymis conficias? An iſta malum lenient? an nō potius exacerbabūt? Quorſum attinet tā miſere deplorare, quod mutari nō poteſt? Vbi nūc eſt illa animi tui cōſtantia? vbi literę, quibus aliorum dolorē leuare conſueueras? Alijs mederi potuiſti, tibi nihil prodes? Ipſe tibi nunc medicus ſis oportet. Cur fruſtra & te ipſum lachrymis, & amicos querelis exanimas? Quę eſt iſta animi impotētia, quæ mollities? Num te virum eſſe oblitus es? Itàne iſta tā grauiter fers? quaſi vero iſta tibi vni cōtigerint, aut tanta ſint, vt alijs nō multo etiam acerbiora euenerint. Quid vel tuo animo vel doctrina īdignius, quā ſic angi, ſic frāgi, ſic te ipſum abijcere, quo modo ne mulier quidem vlla poſſet? Neque enim video quem fructum adferre poſſint inanes lachrymæ, & querimoniæ. Nā ſi eiuſmodi malum iudicas, vt ad ſalutē reflecti nequeat, cur luctu duplicas incommodū? Si ſpes eſt, cur non ea potius te ſuſtentas: atq; id agis, qua ratione quàm primum ex iſtis malis queas emergere? Si deſperas, memineris illud, in iſtiuſmodi rerum cōditione bonum animū, dimidium adimere mali. Sin ſperas: cur perinde tanquam in re deſperatiſſima te maceras?

Audio te tam grauiter angi, vt ex luctu, mentis etiam errore afficiaris. Deū immortalem, quid tibi vis? Quin tū potius obduras, ac ſeruas te rebus ſecūdis? Cur tu & amicis luctū auges, & inimicis voluptatem præbes, & te ipſum indigne conficis?

Tu cōtrà audētior ito Quò tua te fortuna ſinet. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Tu, dum iſta conſcientia, iſte animus, iſtà virtus, iſtæ literæ, iſta rerum geſtarum memoria te comitabitur, caue te putes exulem, vbicūque locorū, quocunque ſub cælo erit viuendum, etiamſi vltra Getas relegatus eſſes. Sed quid ego ſus Mineruā? Facit ſanè non loquacitas mea, ſed beneuolentia longiores epiſtolas. Vale.

CONSOLATIO IOCOSA ET FAMILIARIS.

QVOD te lachrymis conficis, non miror, qui puellā amiſeris nondum totos ſexagintaſeptem annos natā, idq; relicta dote ſatis opima. In hoc tibi ſcribere viſum eſt, ne doloris magnitudine victus tibi manus adferres. Priusquā extilles lachrymis, fac iuxta prouerbium, viuorum memineris.

Tua puella redibit nunquam. Alioqui matrem defſere videberis. Mitto tibi ſtrophiolum quo lachrymas extergeas, & ſuccū medicum quo lippitudini fletu contractæ medearis. Clama te miſerum, ſed nunquam efficies quin iſtam miſeriam tibi complures inuideant.

Niſi deſinis macerare te, vereor ne populus in te iaciat cōuitium illud: πρὸς τὸν μητρυιᾶς τάφον δακρύει.

AD CONSOLATIONEM RESPONSIO.

IAM quibus modis reſpondendū ſit cōſolatori, res ipſa dabit conſilium. Nam ferme gratias agim⁹ primū pro officio, deinde laudam⁹ ingeniū, quòd nihil adduci potuerit ad leniendū dolorē, quod ille nō ſumma dicēdi

facultate diſſeruerit. Poſtremo quod illius & prudens & erudita & grauis, denicꝫ cũ primis amica ratio aut bonam doloris partem nobis ademerit, aut totum excuſſerit: Aut ſi nobis non profuit illius conſolatio, laudabim⁹ animum, ſtudium, & ingenium illius: quòd tanquam bonus ac peritus medicus nullũ nõ remedij genus admouerit, ſed arte maius eſſe malũ. Aut ita reſpõdebim⁹ imperioſo cõſolatori, Facile, quũ valemus, recta cõſilia ægrotis damus, tu ſi hic ſies, aliter ſentias. Exẽplo ſuperſedebimus, ſyluæ nõnihil ſuppeditabimus.

Cic. epiſt. famil. libro iiij. Ego vero Serui. Libro quinto, Quanquam ipſa conſolatio.

Ad Atticum Vtinam illum diem videam, cum tibi agam gratias, quòd me viuere coëgiſti. Adhuc equidem valde me pœnitet.

Sed te oro, vt ad me Vibonem ſtatim venias, quò ego multis de cauſis conuerti iter meũ. Sed eò ſi veneris, de toto itinere ac fuga mea cõſilium capere potero.

Si id non feceris, mirabor: ſed cõfido te eſſe omnino facturum.

Quòd me hortaris vt firmo ſim animo, vellẽ poſſes aliquid afferre quã ob rẽ id facere poſſem. Quòd me ab hoc mœrore recreari vis, facis vt omnia &c.

Sed me mihi nõ defuiſſe tu teſtis es. Nihil enim de mœrore minuendo ſcriptum ab vllo eſt, quod ego non domi legerim. Sed omnem cõſolationẽ vincit dolor.

Quin etiã feci, quod ꝑfecto ante me nemo, vt ipſe me per literas conſolarer: quem librum ad te mittam.

Conſolari iã deſine, obiurgare vero noli. Quod quum facis, & ego tuum amorem & dolorem deſydero: quem ita affectum mea erumna eſſe arbitror, vt te ipſum conſolari nemo poſſit.

AD CONSOLATIONEM, MEA.

Tua quidem oratio ſperare me iubet, quod improbum ſit etiam optare.

Vide ne me lactes inani ſpe, ne doloris vorſurã fecero, mox cum fœnore recurſuri.

DE PETITORIA EPISTOLA.

SERVIVS enarrãs locum in libro Aeneidos prio, vbi Iuno ſupplex petit ab Aeolo vt claſſem Aeneæ diſijciat, indicat precipere rhetores in omni petitiõe quatuor ſeruãda eſſe, primũ, vt quod petimus, oſtendam⁹ eſſe in poteſtate eius à quo petim⁹: pręterea vt doceam⁹ eſſe iuſtũ quod petim⁹: deinde vt modũ ac viam indicem⁹ qua cõfici poſſit quod petimus: denique vt ſequatur remuneratio. Hunc ordinẽ in petitionibus Vergilio fuiſſe perpetuũ, velut hoc in loco: Et mulcere dedit ventos, & tollere fluctus. oſtendit facultatem. Mox: Gens inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor. declarat eſſe iuſtũ. Iuſtum enim, quicquid molimur in hoſtem. Rurſum: Incute vim ventis, & diſijce corpora ponto. modum aperit & viam. Addit remunerationem: Sunt mihi bis ſeptem. Ac recte quidem Seruius, & expedite. Nos tamen paulo craſſiore Minerua rem aperiem⁹. Primum, quoniam varia eſt natura rerum quas petimus, & magna eſt varietas perſonarum quæ rogant, aut rogantur, oportet & petendi rationem eſſe variam. Sunt enim quædam quæ fauorabiliter petimus, à quouis, ve-

luti conſilium. Sunt quæ pudore ſuffundũt rogantem, veluti quum petimus mutuum, aut rem parum honeſtam. Igitur in genere duplex erit petẽdi modus, rectus, & obliquus. Vbi cauſa erit fauorabilis, aperte ſuadebimus eſſe præſtãdũ quod petimus: vbi ſecus, per inſinuationem irrepemus in petitionẽ, Primũ exaggerantes quanta nos circunſtet neceſſitas, & quàm magnum telũ ſit neceſſitas, & quàm inutilis pudor viro egenti: neque fugere nos, quàm ſit improbum, rem tãtam ab eo petere, de quo nihil vnquã ſimus promeriti. Poſt hæc paulatim per cuniculos oſtẽdemus nobis nõ mediocrẽ ſpem porrigi ab inſigni illius benignitate, qua ſolitus ſit etiam ignotis & indignis opitulari, ob eximiam ingenii bonitatẽ, ad ſubleuandas omninm miſerias propenſi. Hic pudor non vulgariter commendat rogantẽ, quẽadmodũ improbitas alienat animum. Nullus enim libẽter in eum cõfert beneficium, qui ceu debitum flagitat, magiſq; poſcit, quã petit. Profuit Hortẽſio quòd quum cuperet ex vxore Catonis Vticenſis ſuſtollere prolem, nõ ipſam petijt, ſed illius filiam Porciam Bibulo nuptã, plurimas interim cauſas adducens quare cuperet ex ea gente hæredem. Ille cũ reſpondiſſet ſe facilè aſſenſurum, ſi modo probaretur genero: tandem verecunde ſubindicauit ſe Martiam ipſius vxorem petere, cuius copiã facere, ipſi eſſet in manu, qui maritus eſſet. Iam imprudens conceſſerat quod petebatur. Itaque perſuaſo Martiæ patre, duxit eam vxorem. Author Plutarchus. Vbi nihil erit opus hac inſinuatione, tamen eius à quo rem difficilem petimus, beneuolentiam modis omnibus conciliabimus. A perſo-

na ipſius,cuius benignitatem quum erga cęteros tum erga nos grate commemorabimus:dicemuſq́ꝫ nos ei,cui iam ſumus tot nominibꝰ deuinctiſſimi,velle fieri deuinctiores. A perſona noſtra,teſtificantes quanto ſtudio ſemper illum coluerimus,quódq́ꝫ præcipuam fiduciam in illo ſemper habuerimus:ſimul oſtedentes hoc quod petimꝰ, vt nulli nos libentius debituros,q̃ illi,cui debemꝰ omnia:ita nulli facilius eſſe præſtare.Quod etiam magis exponemus in explicando modo. Si qua erunt noſtra in illum merita,ea ſumma cũ modeſtia ſignificabimus magis q̃ commemorabimus. A perſona maiorum vtriuſq́ꝫ, ſi docebimus inter vtriuſq́ꝫ parentes veterem atq́ꝫ arctiſſimam neceſſitudinem interceſſiſſe,compluribus mutuis officijs hucuſq́ꝫ cultam, & confirmatam. A perſona aduerſariorũ, ſi declarabimus nobis eſſe certamẽ cum ijs quos is etiam odit à quo præſidia poſcimus. A re,ſi docebimus eam piam eſſe, iuſtam, honeſtam,nobis neceſſariam,illi facilem,& honorificam. Deinde ſi citra arrogantiam oſtendemꝰ quid ex ea re cõmoditatis ad ipſum etiam aliquando ſit rediturum.Si quid inerit incommodi,quod animum illius vel alienet à nobis,vel deterreat,id vel diluemus,vel extenuabimus.Si erit opus,admiſcebimus obteſtationes earũ rerum aut perſonarum quibus ſcimus illum poſſe commoueri.Poſtremo pollicebimur memorem animum,nec habituros modo gratiam,verumetiã relaturos,ſi dabitur,cum fœnore: nos ipſos totos, reſq́ꝫ noſtras omneis illi viciſſim dedicabimus, ac deferemus. Facultatem noſtram extenuabimus:de animo ſtudióque magnifice pollicebimur.

Illud adijciam, non hic ſolum, verumetiã alijs in rebus aliquando plus valere iocum tẽpeſtiuũ & aptum, quàm ſeriam petitionem. Tantum de præceptionibus ſatis eſto, reliqua iuuenibus aut præceptori animaduertenda relinquo.

EXEMPLVM PETITIONIS OBLIQVAE.

INgenij mei pudorẽ ipſe non ignoras vir eximie. Sed quo non adigit mortales vere duriſſimũ telũ neceſſitas? Eo in loco ſunt res meę vt ni ꝓtinꝰ ad manũ ſint ducẽti angelati, tã perierit tuꝰ Ludouicꝰ, ꝙ extrema faba, quod aiũt. Scio beneficiũ eſſe magnũ, & eximiũ: neq; me fugit quàm nulla ſunt mea in te officia quorum fiducia rem tantam auſin abs te petere, præſertim quum tot tantiſq; nominibus iam pridem obſtrictus tibi, nondum vlla ex parte retulerim gratiã. Et tamen niſi deus aliquis velut ἀπὸ μηχανῆς alicunde ſeſe proferat, funditus interij. Quare quemadmodũ in ſumma rerũ deſperatione nautę ſolent ſacram iacere ancoram, ita ego deſpectis omnibꝰ, ad te velut ad ꝓpitiũ quoddã numen confugio. Non auſim rogare, quanquam huc adigit neceſſitas: tamen illud volui te ſcire, ſtatum rerum mearum: vt ſi me iudicas dignum exitio, te iudice peream æquiore animo: ſin tua pietas, multis iam argumentis antehac in me declarata dignabitur me ex hoc diſcrimine eximere, conabor omnibus neruis ne te vnꝗ huius capitis ſeruati pœniteat.

PETITIO REI PARVM HONESTA.

NOn ignorabã ꝙ impudẽs eſſet in cauſa peſſima à viro omniũ optimo patroci

nium rogare. Nō enim conabor excuſare factum meū, ne grauiꝰ peccē impudentia, q̄ hactenꝰ peccatum eſt ſtultitia, & incogitantia, ne dicam dementia. Horreſcit animus, abhorrens & ab ipſa malorū meorum commemoratione: ſed tamen aperiendū vulnus, ſi ſperem medelā. Sortem ſatis amplam, quam pater dederat in negotiationē, nuper alea perdidi. Ingens flagitium, fateor, ſed vtcunq; ſuccurri poterat, ſi ſolum eſſet. Inſcio patre cum matris pediſſequa rem habui. Illa me callidior negauit ſe facturam ſui copiam, ni pollicerer me maritum ipſi futurum. Ibi mihi non Iúpiter, vt inquit Heſiodus, dimidium mentis, ſed Venus totam mentē ademit. polliceor demens. Nunc aiunt nulla ratione reſcindi poſſe, quod ſic actū eſt. Vt illis ſit peſſime, qui leges tam iniquas condunt. Pater merito iritatus abdicationem parat. Quod ſi fit, nullum video melius conſilium, q̄ vt laqueo vitam finiam. Quur enim libeat viuere in tantis malis? Scio te nihil non poſſe apud patrē. Solus es qui me poſſis redigere in gratiam. Quod ſi quid te miſeret mei, non auſin rogare, ſed tamen vides calamitatem meam. Efficiam vt te mei ſeruati nunquā vel pudeat, vel pœniteat. Sic admiſſum hoc omni officiorū genere ſarciā. Aetatem vides. Sæpenumero à grauioribus commiſſis iuuenes ſeſe ad bonam frugē conuertere. Vtinam quod factum eſt, fieri poſſet infectū. Sed quod mutari non poteſt, pēſari poteſt. Maximū quidem hoc peccatū eſt, fateor, ſed primum. Deniq; quid ſibi vult pater? Si abdicat: nec mihi adimit vxorem, & ſibi parat orbitatem. ſin ignoſcit, habebit hoc ſemper addictiorem filium. Fac

breui ſciam vtrum meis malis ſim omnino perdendus, an tua bonitate ſeruandus. Nihil enim miſerius, quàm pendere.

PETITIONIS HONESTAE.

EXEMPLVM.

IMPROBVM fortaſſe alijs videbitur pſul ampliſſime, eũ à quo tãtũ beneficiorũ acceperim, quãtũ ne ſperare qdẽ vnquã ſum auſus, rurſum nouis prçcib⁹ ſolicitare. At ego ingenui, minimeq; ingrati animi exiſtimo, cui multum debeas, ei plurimum velle debere. Cui enim extremas fortunarũ mearum partes potius acceptas ferre cupiã, q̃ ei ipſi cui primas, cui medias debeo? Quid enim Lucius eſſet niſi te tãq̃ numẽ quoddã ꝓpitiũ nact⁹ eſſet? Tu me puerũ, ob neſcio quam in me virtutis indolẽ, prçterea fortaſſe, quòd putabas meas literas tibi aliquãdo vel vſui vel ornamento futuras (quam vtinã tuam de me vel exiſtimationem, vel expectationem non omni ex parte videar fefelliſſe) adoptaſti. Nec, ſemel cõplexus, vnquam fouere, iuuare, ornare deſtitiſti. Itaq; ſi quid hodie ĩ me vel virtutis, vel bonarum literarũ, vel dignitatis eſſe putatur, id omne tuæ debeo munificentiæ. Sed duo mihi reſtare videntur, vt & tu opus tuũ pulcherrime cœptũ perficias: & ego efficiam: ne nullum tãtorũ in me beneficiorũ fructum ex me cœpiſſe videaris. Quod vtrunq; vt fiat, & ego maximopere cupio, & tibi in manu eſt. Eadem opera & tu me alumnum beaueris, & eo in loco collocaris, quo multis in rebus tibi vſui eſſe poſſim. Poſt diuturnos. vt ſcis, in literis theologicis exhauſtos labores, ad calẽdas Maias theologica laurea ſũ in

Narratio.

ſigniēdus: quā quidē ꝓfeſſionem paulo ſplendi-dius vitæ genus decere non ignoras. Præterea quoniā hactenus amplitudini tuæ ſumptui tantū fui, æquū eſt vt aliquando ſim & vſui, & dignitati. Iam vero hoc ipſo tēpore vacat præpoſitura Corinthienſis, non maxima quidem illa, ſed meo conſilio cōmodiſſima: tum quòd & in tua ſit patria, & à mea nō tua multū abſit. Habebis q tuorū, tuaq; illic negotia perinde curæ ſit habiturꝰ, ac ſi ꝓpria forēt. Præterea quicquid vnquam dignitatis mihi acceſſurum eſt, id in tuam vniꝰ gloriam acceſſerit, cui ſemel me debeo, quantus ſum. Nec me latet q̄ potentes ſim competitores habiturus, quàm hoc honore indignos, q̄ vtriq; noſtrū maleuolētes. Nihil me terret, modo tu velis, qui vnus plus cæteris omnibus potes patrocinari. Quid enim tu audeas à principe petere, quod ille cunctetur præſtare? Quare ſi me nō temere adoptaſti: ſi qua vnquam ex parte tuo de me iudicio reſpondi: ſi me virum gratū exiſtimas: fac vt hæc præpoſitura mihi tribuatur. Id ego abs te & diligentius, & pluribus verbis contenderem: niſi vererer ne de tua humanitate, quam ego ſemper in me propenſiſſimam ſum expertus, diffidere viderer. Ego viciſſim modis omnibus enitar ita me eo honore dignū præſtare, vt neq; te noui huius in me muneris pœniteat, & veterum tuorū erga me beneficiorū fructū aliquē percipias. Vale.

PETITORIAE SYLVA.

PLVRIBVS verbis ad te ſcriberē, ſi aut tua humanitas longiorē orationē expectaret, aut id fieri noſtra amicitia pateret, aut res v̄ba deſideraret, ac nō ꝑ ſe ipſa loqueret Cic. epiſt. fam.

Hoc velim tibi perſuadeas,ſi rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo & perpetuam voluptatē eſſe capturum.

Quòd ſi mihi tua clementia opem tulerit, omnib⁹ in rebus me fore in tua poteſtate tibi confirmo. Libro.v.epiſtola:Coram me tecum,tota. Cum vero ea tua ſit voluntas,humanitatis,beneuolentia erga me, libenter amplector talem animū.Sed ita(non enim dimittā pudorem in rogādo meū) ſi feceris id quod oſtēdis,magnā habebo gratiam:ſi non feceris,ignoſcam:& alterū timori,alterum mihi te negare nō potuiſſe arbitrabor. Eſt enim res ꝑfecto maxima. Quid rectum ſit, apparet:quid expediat,obſcurum eſt: ita tamen, vt ſi nos ij ſumus,qui eſſe debemus, id eſt,ſtudio digni,& literis noſtris,dubitare nō poſſim⁹ quin ea maxime conducant,quæ ſunt rectiſſima.

Lib.vj.epiſtola:Si mihi non tecum,tota.

Lib.ix.petitio iocoſa:Et ſi munus flagitare.

Cic.ad Atti. Tu ſi me amas tantū, q̄tum ꝑfecto amas,expeditus facito vt ſis ſi inclamaro,vt accurras.Sed do operam & dabo ne ſit neceſſe.

Nunc mihi & conſilijs opus eſt tuis,& amore, & fide.quare aduola.Expedita erunt mihi omnia ſi te habebo. Multa per Varronem noſtrum agi poſſunt,quæ te etiā vrgente erunt firmiora.Multa ab ipſo Publio elici, multa cognoſci, quæ tibi occulta eſſe non poterunt:multa etiam, ſed abſurdum eſt ſingula explicare, cum ego te requiram ad omnia.Vnum illud tibi perſuadeas velim,omnia mihi fore explicata ſi te videro.

Quā ob rem ſi me amas tantum, quantū ꝑfecto amas,ſi dormis,expergiſcere:ſi ſtas, ingre-

dere: ſi ingrederis, curre: ſi curris, aduola. Credibile non eſt quantum ego in conſilijs & prudentia tua: quodq; maximum eſt, quantum in amore & fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortaſſe deſyderat: coniunctio vero noſtrorum animorum, breuitate contenta eſt.

Quare vt Numeſtio mandaui, tecum vt ageret, item atq; eo, ſi poteſt, acrius te rogo, vt planè ad nos aduoles. Reſpiraro ſi te videro.

Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur.

Tantum te oro, vt quoniã me ipſum ſemper amaſti, eodem amore ſis. Ego enim idem ſum. Inimici mei mea mihi, non me ipſum ademerũt. Cura vt valeas.

Tu me, vt facis, opera, conſilio, gratia iuua.

Quintum fratrem optimum humaniſſimumq; ſuſtenta.

Omnem autem ſpem habeo exiſtimationis, priuatarũq; rerũ in tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia: quam ſi his temporibus miſeris & extremis pręſtiteris, hæc pericula quæ mihi communia ſunt cum cæteris, fortius feram: idq; vt facias, te obteſtor, atq; obſecro.

Te etiam atq; etiam oro, vt me totum tuendũ ſuſcipias: vt ſi ij ſalui erunt quibus cum ſum, vnà cum ijs poſſim incolumis eſſe, ſalutemq; meam tuæ beneuolentiæ acceptam ferre.

Itaq; te vehementer etiam atq; etiam rogo, magis q̃ à me vis aut pateris te rogari, vt hanc cogitationem toto pectore amplectare.

Quanq̃ hęc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Igitur mi Plance, rogo te, & etiam oro, ſic

mediusfidius, vt maiore ſtudio, magiſq; ex animo agere non poſſim, vt totũ hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias, vt quod ſine vlla dubitatione apud COSS. obtinuimus ꝓpter ſummã bonitatẽ & æquitatẽ cauſæ, id tu nos obtinuiſſe non modo facile patiare, ſed etiam gaudeas. Qua quidẽ volũtate eſſe erga Atticũ, ſæpe præſens & illi oſtẽdiſti, & vero etiam mihi. Quod ſi feceris, me, quem voluntate, & paterna neceſſitudine cõiunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio deuinctum habebis. Idq; vt facias, te vehementer etiam atq; etiam rogo.

Nunc mi Capito, ſcio enim quantum ſemper apud eos quibus cum ſis, poſſe ſoleas, eo pl⁹ apud hominem facillimum atq; humaniſſimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua.

Quod certe facies, ſi tu neruulos tuos mihi ſæpe cognitos, ſuauitatemq;, qua nemo tibi par eſt, adhibueris. Quod vt facias, te vehementer rogo.

Ignoſce mihi, q; cũ antea accuratiſſime de Buthrocijs ad te ſcripſerim, eadem de re ſępius ſcribam. Non mehercule mi Plance facio, quòd parum confidam aut liberalitati tuæ, aut noſtræ amicitiæ, ſed cum tanta res agatur Attici noſtri, nunc vero etiam exiſtimatio &c.

Oro atq; obſecro te Cicero, neceſſitudinẽ noſtram, tuamq; in me beneuolentiam obteſtans, ſororis meæ liberos obliuiſcaris eſſe Lepidi filios, meq; his in patris locũ ſucceſſiſſe exiſtimes. Hoc ſi à te impetro, nihil ꝓfecto dubitabis pro his ſuſcipere.

Scribere multa ad te neq; poſſum præ ſolicitudine ac ſtomacho, neq; debeo. Nam ſi in tanta re tamq; neceſſaria verbis mihi opus eſt ad te excitandum & confirmandum, nulla ſpes eſt factu rũ te quod volo, & quod oportet. Quare noli expectare longas preces: intuere me ipſum, qui hoc à te vel à Cicerone coniunctiſſimo homine priuatim, vel à conſulari tali viro remota neceſſitudine priuata impetrare debeo.

Hoc te ita rogo, vt maiore ſtudio te rogare non poſſim.

Innumerabilia ſunt tua in me officia domeſtica, forenſia, vrbana, prouincialia, in re priuata, in republica, in ſtudijs, in literis noſtris. omnia viceris, ſi feceris &c.

Cui enim ego potius dignitatẽ meã acceptum ferre cupiam, quam cui ſalutem & omnia debeo?

Credibile non eſt quantum ego in conſilijs & prudentia tua, quod maximum eſt, quãtum in amore & fide ponam.

Te habere cõſiliorũ authorẽ, & ſolicitudinum ſocium omni in cogitatione coniunctum cupio.

Quod ſi feceris, magn⁹ ad tua priſtina erga me ſtudia cumulus accedet.

Te authore mihi vel augendi vel quieſcendi ratio conſtabit.

Nunc mihi conſilijs opus eſt tuis, & amore, & fide. omnia mihi expedita erunt, vbi tuam ſententiam accepero.

Hac in re conſilium de tua ſententia capiemus.

Tuum ad nos reditum tũ omnes tui vehementer deſyderant, tum tempus & res tuæ poſtulãt.

Authoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, &

etiam gratia.

Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari.

Sed quia tibi mādo nominatim: me totum tuo amori, fideiq; commendo.

Sed ſi me amas, quod quidē iam facis, aut perbelle ſimulas.

Nunquam putaui fore vt ſupplex ad te venirē: ſedhercule facile patior datum tempus in quo amorem experiar tuum.

Plinius. Quod ſupereſt, rogo vt pari ſimplicitate, ſi qua exiſtimabitis addenda, commutanda, omittenda, indicetis.

Petit. iudicij. A ſimplicitate tua peto, quod de libello meo dictur⁹ es alijs, mihi dicas. Neq; eſt difficile quod poſtulo.

Petit. conſilij. Lib. iij. epiſtola: Aſſumo te in conſilium &c.

Mihi & tentandi aliquid, & quiſcēdi te authore ratio conſtabit.

Obſequar tamen conſilio tuo, cuius mihi authoritas pro ratione ſufficit.

Audiſti conſilij mei motus: ſupereſt alterutra ex parte iudicium tuum, in quo mihi æquæ iucūda erit ſimplicitas diſſentientis, quam comprobātis authoritas.

Politian⁹ libro. vij. epiſtola: Multo ęqui⁹ fuerat.

Habes quid mihi videatur, & intelligis animi

Cicero. Petit. conſilij. mei votum, ſed tamen tuum conſilium ſine exceptione ſequar: ad tuam voluntatem me confirmabo, à quo honeſte diſſentire nō poſſum. Nihil aſſentior. tātum enim animi inductio, & mehercle amor in te meus apud te valet, vt quæ tibi vtilia ſunt, & quę tu vis, ea omnia mihi protin⁹ & recta

& vera videantur.

Hac in re facturus ſum quicquid tu decreueris. nam huius totius conſilij te ducem, me comitem eſſe decet.

Quod vt facias, non ſolũ te rogo, verum etiam ſuadeo. Neq; enim mihi iucundius erit ſi nos inuiſeris, quàm vtile tibi.

SYLVA MEA.

ABES rerum mearum ſtatum. Diuinas h animi mei votum. Vides quid res ipſa flagitet. nam ipſe nihil auſim rogore, ne videar non minus improbus, q̃ miſer.

Improbus planè videri poſſem, qui te quotidianis meis poſtulationibus occupatiſſimum interpellem: niſi eo te animo eſſe cognoſcerẽ, vt quos ſemel tueri cœperis, non quieſcas donec planè confirmes.

Ex tua vnius humanitatẽ quantũ ſum pendeo.

In te vno omnes ſpes fortunæq; meæ ſunt ſitæ.

Nihil eſt tam arduum, quod te patrano conſequi poſſe diffidam.

Nihil tam amplum eſt quod vel ego abs te petere non audeam, vel præſtare nequeas.

Quàm tu facilè potes, tã ego vehemẽter cupio.

Parum recte de tua liberalitate ſentit, qui rem iuſtam verboſius abs te petit.

Adijce & hunc calculum ad altiſſimos cumulos tuorum in me beneficiorum: quibus etſi nihil accreſcere poſſe videatur, tamen hoc vnum deſyderant, vt vndiq; abſoluti atq; exaggerati eſſe videantur.

Quum plurima ſint tua in me officia, nihil tamen fuerit hoc vno vel maius, vel iucundius.

Lib.iij.tota epiſtola: Facis pro cætera reuerẽtia. Plinius.
Faciam ergo quod deſydetas, tam diligenter, quã libenter.

Quod admones, gratias ago: quod rogas, queror. Admoneri enim debeo, vt ſciã: rogari nõ debeo vt faciã, quod mihi nõ facere turpiſſimũ eſt.

Excuſarem me profecto vel fratri, hoc ſanè tẽpore: ſed arctior eſt amicitia noſtra, q̃ vt vllã patiatur exceptionem quoties alterutrius ſeria res agitur. Mea.

DE COMMENDATITIA EPISTOLA.

HVIC finitimum eſt cõmendatitiũ gen⁹. Quum enim cõmendamus aliquem, alieno nomine quippiã petimus: quare iiſdẽ rationibus erit tractandũ. Hic tres erunt conſyderandæ perſonæ. Noſtra, eius cui ſcribimus, ei⁹ quem cõmẽdamus. Poſtremo loco res ipſa cuiuſmodi ſit, erit inſpiciẽda. A noſtra perſona perſuadebimus, ſi cauſas quibus ad hunc cõmẽdandum fuerim⁹ cõmoti, iuſtas, magnas, plurimas ve oſtẽdemus: vel quòd de noſtris, aut nobis ipſis ſit bene meritus: vel quòd nobis cũ ipſo, aut noſtris cũ illius maioribus vetus & coniũctiſſima familiaritas interceſſerit, aut hoſpitiũ: vel quòd ſanguine propinquus, patria, ſtudijs ve coniuctus, affinus, aut alioqui charus, & commendatus: vel ita denique hominẽ deſcribemus, vt ob modeſtiam, probitatem eruditionem, integritatẽ humanitatem, nobilitatem, dignus ſit qui cum omnibus bonis, tum illi in primis debeat eſſe quàm commendatiſſimus. Siqua vero vel noſtra, vel illius quẽ cõmendamus, maiorum ve eius in alterum merita

præceſſerunt, ea ſumma cũ modeſtia ſignificabimus, extenuẽtes quidẽ ipſa benefacta, beneficiẽdi autẽ animũ amplificãtes. Vehementer cõmendationem iuuabit, ſi eum quem commendamus, de eo cui commodamus, quàm optime & ſentire & prædicare dicemus. Non poſſumus enim non beneuolentia quadam commoueri erga eos quibus nos citra aſſentationem intelligimus eſſe admirationi. Quare ſcite Iſocrates præcipuum amicitiæ conciliandæ initium commõſtrauit, vt abſentem laudemus apud eos quos renunciaturos ſuſpicemur, ſi vtriuſq; noſtrum ſummam de eo fiduciã veriſimiliter aperiem⁹, ſolicitudinẽ videlicet quãdam iniiciamus oportet, vbi eiuſmodi hominem omnem ſpem ſuam in ipſius vni⁹ humanitate repoſuiſſe intelligẽt, nullius præter ſuam vnius opẽ implorare voluiſſe. Et à perſonis quidem hoc modo commendationem tractabimus.

A perſona commẽdatí & eius cui cõmendamus.

A re.

A re commendabimus, ſi eam facilem illi duntaxat cui commẽdamus, mõſtremus, ſi piam, ſi honeſtam, ſi vtilem probabim⁹. Tum ſi eiuſmodi erit, vt ex ea ad patronum aliquid laudis, gratiæ authoritatis, aut emolumenti venturum videatur, id accurate admonebimus, ſi eodem beneficio quã plurimos deuinctum ũ dicemus. Deinde obſecrationib⁹ vti licebit. Poſtremo loco, & noſtro & commẽdati nomine pollicebimur illum gratum & memorẽ futurum. Nos eodem beneficio perinde ac ſi nos eſſet collatum, perpetuo deuinctos fore. In calce mutuam operam & ſtudium deferemus. Conſtat enim epiſtolam cõmendatitiam ex duobus miſceri generibus, ſuaſorio, & demõſtratiuo. Quum enim eum quem cõmendamus, cum

Breuis huius generis comprehenſio.

laude deſcribim⁹, in demõſtratiuo genere verſamur: quum rem ipſam aut honeſtam, aut vtilem, aut facilem oſtendimus, in deliberatiuo. Sed breuis debet eſſe commẽdatio, neq; nimis accurata, præſertim ſi ad eum ſcribimus cui ſumus ipſi vehementer commendati. Teſtimonij enim pondus habere debet, poti⁹ q̃ diſputationis ſpeciem. Et huius generis eſſe poteſt triplex tractatio: Recta, obliqua, & iocoſa. Recta, cum apert. edocebimus eum eſſe dignum fauore, quem cõmẽdam⁹. Obliqua, quum negabimus nos hũc commendare velle: tantum admonere vt hominem velit cognoſcere: futurum enim, vt quũ alij gratias agere ſoleant ijs qui commendationem recepiſſent, ille vltro gratias ſit acturus, quòd noſtra opera cõtigerit noſſe talem virum. Iocoſa, quum intelligemus nos plus effecturos ſermonis iucunditate, q̃ ſerijs argumentis. Non arbitror operæpretiũ de ſingulis exempla proponere, ne nimiũ increſcat voluminis magnitudo. Tãtum in ſylua formulas aliquot annotabimus. Cõmendatorij generis exempla quum apud Ciceronẽ ſint plurima, tum illa epiſtola cuius initium eſt, nondum erat auditum: vniuerſum commendandi artificium vna complectitur.

HERMANNVS THEOLOGVS
ANDRONIO BOLANO
ANTISTITI S. D.

QVANQVAM mihi Dionisij mei fortunæ maiori propemodũ, quã meæ ipſi⁹ curę eſſet, p̃ſul humaniſſime idq; nõ modo propter vetuſtiſſimã arctiſſimãq; quæ

mihi cum eius familia fuit neceſſitudinem, verũ etiam propter admirabilē hominis & modeſtiã, & probitatem: tamen eum tibi plurib⁹ verbis cõmendandum non putaui, ne vel de noſtra amicitia, vel de hominis virtute parũ fiſus viderer. Id enim noſtra neceſſitudo, qua nihil arbitror iueniri cõiunctius, poſtulare vedetur, vt quemcũq; beneuolentia complectendum ſtatuiſſem, idem tibi quoq; & chariſſimus, & q̃ commendatiſſimus debeat haberi. Tanta rurſum eſt hominis tum ꝓbitas, tum modeſtia, tum eruditio, vt vel citra meas literas quum optimo cuiq; tum tibi eiuſmodi virorum amantiſſimo non poſſit nõ eſſe quàm cõmendatiſſimus: niſi vtrunq; parum noui: pręſertim quòd tibi ipſi cum patre huius, viro, vt ſcis, omnium qui vnquã fuerunt gratiſſimo, vetus hoſpitium fuerit. Nõ eguit quidem ille noſtra commendatione, q̃q̃ cõmendari plane voluit, & vni adeo tibi voluit. Mirum enim dictu fuerit quantum fiduciæ in tua vnius humanitate repoſuerit, q̃ amãter de te & loquatur, & ſentiat. Neq; enim quæ eſſent à mente diuerſa, loqui conſueuit. Nec errat mea quidem ſententia. Cui enim obſcurum eſt quãtum pro tua authoritate & apud illuſtriſſimum principem, & populum valeas? Tũ quantũ ſtudioſis viris ſemper fauerit tua benignitas, ſæpe maiorum ſuorum antehac, nũc & mea prædicatione didicit. Res eſt autem eiuſmodi, vt tibi non multum negotij, huic plurimum commoditatis ſit allatura. Debet huic abbas Syrus ex agris *Narratio.* neſcio quibus, iam multorum annorum fructus, homo, vt ſcis, & pecunioſus, & calumnioſ⁹: cui⁹ quidem prędeceſſores ſine vlla controuerſia con

ſtanter ſoluerunt. Hic ſimul atq; inſatiabilē habē di ſitim vnā cū mitra eſt aſſequutus, debitum infi ciatur: in ius, imò potius in iniuriā vocat. Pudet dicere quas Prote⁹ ille optimo adoleſcenti tergi uerſationes nectat, q̄ aſtutas elabēdi vias quærat. hominem noſti. Quod quidem cum ſemper mo leſtum eſſe debeat, quia iniquū: tum hoc tempo re Dionyſio meo incōmodiſſime ſane obijcitur, hoc in tempore negari pecuniam, quum ea ſic eſt opus, vt quum maxime. Proximo vere erat do ctoris inſignia conſequuturus, quò maiore cū au thoritate poſſit Reip. cōmodis iſeruire. Eſt enim iuris vtriuſq; mire peritus. Vide autē q̄ iniquum ſit huius Midæ cauſificationib⁹ ſtudioſiſſimū iu uenem è medio ſtudiorum ſuorum curſu ad iniu ſtas lites vocari, & iam multis ſudoribus prome ritum honorē penè è manibus extorqueri. Rem iam partim ex me cognoſti, reliqua ex ipſo corā agente diſces. In te vno vtriuſq; noſtrum ſpes ſi ta eſt. Quare te per noſtrā beneuolentiam, & pa terni hoſpitij memoriam, maiorē in modū oro, vt ei in cauſa æquiſſima præſidio velis eſſe. Abba tem iſtum vel odio, vel authoritate, vel metu ad ſoluendū cōpellas: à litibus, quibus maxime paſci tur, deterreas. Et magna & multa ſunt tua in me officia: hoc tamen ita mihi erit gratum, vt ꝑ om nium ſummo ſim habiturus. Apud iuuenem ita beneficium collocaris, vt nunquam antehac apud quenquam rectius. Bene vale.

Eſt vulgare ac frigidum commendationis ge nus quum hoc officium extorquetur à nobis.

Si tibi moleſtus ſum, huic imputa. Nam mihi fuit moleſtior.

Tu pro tua prudentia, vbi ex ipſo iam cognito quid ſibi velit cognoris, diſpicies quid ſit factu optimum.

Commodabis illi mea cauſa, ſi modo id potes abſq; tuo incommodo: ſin minus, quò vis ablega hominem potius quàm vt ad me redeat.

Eſt & iocoſa commendatio, quæ nõnunq̃ plus efficit q̃ ſeria. Exemplum eſt in epiſtolis Ioãnis Campani, qui monachum quendam importunũ commendat ſuo cardinali. & nos aliquãdo ſic puſillũ quendam & recaluaſtrum ac macilentũ commendauimus Mœcenati noſtro, qui per eũ miſerat pecuniam, & in literis caluum appellarat, ſolitus & me ioco caluum dicere, q; eſſem raro capillitio. Commendauimus autem in hanc fermè ſententiam. Caluus ille caluo pecuniã bona fide reddidit. Verum ſi pernoſſes quo in ſtatu ſit iſte caluus, haudquaq̃ admirareris hominem ſic eſſe macilentum, vt vix oſſibus hæreat. ſic eſſe raro capillitio, vt vix tres pili ſuperſint in capite. Eſt illi lõga lis apud tuũ tribunal. Ea res ſic expilat, ſic exugit hominem, vt ni tua ſuccurrat bonitas, ne pilum quidem nummorum ſit vſquam habiturus, & periculum ſit ne prorſus fame pereat. Cauſa pia eſt: pro matre litigat, neque quicquam ſupereſt, niſi vt ſuprema ſententia pronuncietur. Beneuolo homini. Cur enim non faueat ſimilis ſimili? Eodem beneficio tibi duos caluos, duos magnos viros obligabis. Hæc friuolum videretur admonere, niſi conduceret ad hoc, vt præceptor ex his facilè reperiat varias thematum formas.

Cic. epi. famili. COMMENDA TITIAE SYLVA.

EPISTOLA lib. epiſt. fa. j. cuius initium: Aulo

Trebonio. tota huius generis eſt.

Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem, cum cæteris artibus quib⁹ ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. Nulla enim erit hac præſtantior diſciplina. Quem nos, & quia tuus, & quia te dignus eſt filius, & quia nos diligit, ſemperq; dilexit, in primis amamus, charumq; habemus.

Lib. ij. Fabio viro optimo. tota.

L. Valeriũ iuriſconſultũ valde tibi commendo, iocoſa. ſed ita etiam, ſi nõ eſt iuriſcõſultus. Melius enim ei cauere volo, q̃ ipſe alijs ſolet. Valde hominẽ diligo. eſt ex meis domeſticis atq; intimis familiaribus. Omnino tibi agit gratias, ſed idẽ ſcribit meas literas maximum apud te põdus habituras. Id eũ ne fallat, te etiam atque etiam rogo.

Atq; ipſum tibi Pomponium ita cõmendo, vt q̃q̃ ipſius cauſa confido te facturũ eſſe omnia, tamen abs te hoc petam, vt ſi quid reſidet in te amoris erga me, id omne in Pomponij negotio oſtendas. Hoc mihi gratius facere nihil poteſ.

Lib. vj. Cum A. Cecinna tantã, totã, & elegans.

Hunc mi Cęſar ſic velim omni tua comitate cõplectare, vt omnia quę per me poſſis adduci vt in meos conferre velis, in vnũ hũc cõferas: de quo tibi homine hoc ſpõdeo, nõ illo vetere verbo meo, quod quum ad te de Millone ſcripſiſſem, iure luſiſti, ſed more Romano, quomodo hõies non inepti loquũt, ꝓbiorẽ hominẽ, meliorẽ virũ, prudentiorẽ eſſe neminẽ. Accedit etiã, quod familiaritatem induxit, in iure ciuili ſingularis memoria, ſumma ſcientia. Huic ego neq; tribunatum, neque præfecturam, neq; vllius beneficij certum nomen pe-

to:beneuolentiam tuã & liberalitatē peto. Neq; impedio quo minus,ſi tibi ita placuerit,etiã hiſce eum ornes gloriolæ inſignibus. Totum denique hominem tibi trado de manu(vt aiunt)in manũ tuam iſtam & victoria & fide præſtantem. Sumusenim putidiuſculi, quanquam per te vix licet. Verum,vt video,licebit. Rufum iſtum amicum tuum,de quo iterũ ad me ſcribis,adiuuarem quantũ poſſem, etiã ſi ab eo læſus eſſem, cum te tantopere viderem eius cauſa laborare. Cũ vero & ex tuis literis & illius ad me miſſis intelligam & iudicem magnæ curæ ei ſalutem meã fuiſſe,nõ poſſum ei non amicus eſſe:neq; ſolum tua cõmẽdatione quæ apud me,vt debet,valet plurimum, ſed etiam voluntate,ac iudicio meo.

Reſponſio ad commendationem.

Lib.xj.Permagni intereſt.tota,& elegans.

Item proxima:Lamia vno omniũ. Item eodem lib.Cum Appio Claudio.

Lib.xiij.Et ſi non ſatis. Eodem: Gaio Auiano.Item proxima: Aulum Fuſium.

Item multæ ſequentes epiſtolæ ſunt eiuſdem generis. Eodem,Non dubito. Quin totus hic liber nihil habet præter epiſtolas commendatitias. Lib.xv.Marcum Fabium.

Cicero ad Atticum.

Quare cæteris in rebus tantum ei tribues,quãtum humanitas tua amicitiaq; noſtra poſtulat.

De Tullia mea tibi antiquiſſimum eſſe video: idq; ita vt ſit,te vehementer rogo.

Ego autem mi Plance,etſi non dubitabam qui & S. C. & lex,& Coſſ.decretum, ac literæ apud te plurimũ authoritatis haberẽt,teq; ipſius Attici cauſa velle intellexeram,tamen hoc pro cõiunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi,vt id

à te peterē quod tua ſingularis humanitas,ſuauiſſimiꝗ mores à te eſſent impetraturi.Id autē eſt, vt hoc,quod te tua ſponte factur ū eſſe certo ſcio, honoris noſtri cauſa libenter,non prolixe, ſed celeriter facias.Mihi nemo eſt amicior,nec iucūdior nec charior Attico:cuius antea res ſolū familiaris agebatur,eaꝗ magna:nunc acceſſit etiā exiſtimatio:vt quod conſecutus eſt magna & induſtria & gratia viuo Cæſare,mortuo id,te adiuuante,obtineat.Quod ſi à te erit impetratū,ſic velim exiſtimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo ſummo beneficio me affectum iudicem.

Ego etiam mi Cicero proprie familiariterꝗ tē rogo,vt veterem ames,velisꝗ eſſe q̄ ampliſſimū: qui etſi nulla re deterreri à propoſito poteſt, tamen excitari tuis laudibus indulgentiaꝗ poterit quò magis amplexetur ac tueatur iudicium tuū: & mihi gratiſſimum erit.

Filiam meā,& tuam,Ciceronēmꝗ noſtrū quid ego mi frater tibi cōmendē? Quin illud mœreo, quòd tibi nō minorē dolorē illorū orbitas affert, quâm mihi.Sed te incolumi,orbi non erunt. Itaꝗ eum tibi commendo maiorem in modum,hominem domi ſplendidū, gratioſum etiam extra domum:quem fac vt tua liberalitate tibi obliges. Eſt tribunus militum in exercitu noſtro.Gratum hominem obſeruantemque cognoſces. Trebatiū vt valde ames,vehementer te rogo.

Quare vt inſtituiſti, cōplectere adoleſcentem. Ex libro ad Brutum,tota, Bibulus. Item epiſto. Multos tibi.

Omnibus rebus ita eum tractes, vt intelligat noſtram cōmendationem non vulgarem fuiſſe.

COMMENDATORIAE AD NVPTIAS EXEMPLVM.

Pliniuſ. Tota epiſto.lib.primo: Petis vt fra.t.

Elegans exemplum commendationis erit tota illa epiſt. lib. ij. cuius initium: Et tu occaſiones obligandi me auidiſſime amplecteris.

Lib.iij.epiſt. Quod ipſe amicis tuis.

Lib.iiij. Caluiſium nepotem.

Eodem lib. Si quid omnino. Rurſum libro.vj. Attilium creſcentem.

Obliga me, obliga antequam dicat. nam cum dixerit, gratias ages. Spondeo ſolicitudini tuæ, ſpei meæ, magnitudini cauſæ ſuffecturum.

Eſt indolis optimæ, breui prouecturus alios, ſi hic interim prouectus fuerit à nobis.

Accepiſſe te beneficium credes, cum propius inſpexeris hominem, omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil volo elatius de modeſtiſſimo viro dicere) parem.

Cõmendatio præceptoris. Videor ergo demonſtrare tibi poſſe Iuliũ Genitorem. amatur à me: iudicio tamen meo nõ obſtat charitas hominis, quę ex iudicio nata eſt. Vir eſt emendatus, & grauis: paulo etiã horridior & durior, vt in hac licentia temporum. quantũ eloquentia valeat, pluribus credere potes. Nã dicẽdi facultas aperta & expoſita ſtatim cernitur: vita hominum altos receſſus magnaſq; latebras habet: cuius pro Genitore me ſponſorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet niſi profuturum. Nihil diſcet quod neſciſſe rectius fuerit: nec minus ſæpe ab illo, quàm à te meq; admonebitur quib⁹ imaginibus oneretur, quæ nomina & quãta ſuſtineat. Proinde fauentibus Dijs trade eum

præceptori, à quo mores primum, mox eloquentiam diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur.

Lib. v. epiſt. Video quàm molliter tuos habeas, Claudius amari à te cupit, dignus hoc ipſo ꝙ cupit, deinde ꝙ ipſe te diligit. Neq; enim ferè quiſquam exigit iſtud, niſi qui facit, vir alioqui rect⁹, integer, quietus, ac penè vltra modum, ſi quis tamen vltra modum, verecundus. Commendatio liberti.

Hunc hominem appetentiſſimum tui, mihi crede, complectere, apprehende, imò & inuita, ac ſic ama tanquam gratiam referas. Neq; enim obligandus, ſed remunerandus eſt in amoris officio, qui prior cœpit.

COMMENDATIO, MEA.

MVLTIS in illum beneficijs conferendis reddidiſti te quodãmodo obnoxiũ. Ita enim nunc moribus comparatũ eſt, vt poſtea quàm multa præſtiteris, hoc tantùm meminerint quòd negatum eſt.

Poſtea quàm hominem cœpiſti benefaciendo tuum facere, beneficia beneficijs cumulanda ſunt.

Non decet ſtare ſemel incitatam liberalitatẽ, cuius pulchritudinem vſus ipſe commendat.

Cur hunc hominem tibi tanto ſtudio cõmẽdandum putarim, mirari deſines vbi cum propi⁹ noſſe cœperis.

Huic perſuaſum eſt & te apud Principem, & me apud te plurimũ valere. & de te quidem haud fallitur: de me ne fallatur, non tam promeritus ſum, quàm cupio.

Pluribus hãc rem abs te contenderem, ni vererer ne cui de tua humanitate viderer diffidere.

Scio non ſine cauſa dictum Horatio. Quẽ cui

commẽdes,etiã atq; etiã aſpice. Sed huius hominis integritas ſic mihi multis argumentis eſt exploratà, vt non dubitem illũ tibi vel capitis mei periculo cõmendare. Quẽ ſi cõplecteris, gratias agã ꝙ mihi crederis. Sed tu mihi magis ages gratias, ꝙ tibi tradiderim hominẽ in manum. qui tibi fuerat etiam è longinquo arceſſendus.

RESPONSIO AD COMMENDATIONEM.

NVMERIVM Numeſtiũ libẽter accepi in amicitiã: & hominẽ grauẽ & prudẽtẽ, & dignũ tua cõmẽdatione cognoui. Cicero ad Atticum.

Plinius lib. vj. epiſto. Commendas mihi. Rurſum epiſto. Rogas vt agam.

Mea. Quid ego audio? Vis tibi ignoſci ꝙ me tuis cõmendatitijs literis oneras. Imò ſic interpretor, ingens beneficium abs te datum, qui tali viro me cõciliaris.

Quid poſſim, tu videris. Quis ſit exitus rei futurus, fortunæ in manu eſt. Illud efficiã, vt Antoni⁹ ĩtelligat noſtrã amicitiã haudquaq̃ vulgarẽ eẽ.

Et tu diligenter cõmendas hominẽ, & ille mihi viſus eſt dignus cui tantopere faueas. Sed temporum iniquitas in cauſa fuit quo minus licuerit illi tantum præſtare, quantum volebamus.

DE MONITORIA EPISTOLA.

MONITORIAE epiſtolę duplex eſt officiũ. Et vitiũ ſi qđ mutari volem⁹, doctè indicare: & q̃ ſint agẽda, ea neſciẽti tanquã ſcienti oſtendere. Et quoniã vix quiſquã ęquo animo ſua diſcit vitia, ideo rep̃hẽſionis acerbitatẽ laude mitigabim⁹. Cũ multa in eo ſint egregia, negabim⁹ paſſuros nos vt tot virtutes vnius

vitijs næuo obſcurētur, neq; commiſſuros vt tā tus amicus cū exceptiōe laudetur. Deinde ipſum vitium vel ab ætate, vel ab imprudentia extenua, bimus, vel maximis quoq; viris idem fuiſſe oſtē, demus: aut certe ipſum quidem eſſe mutandū, ſed tamen ab animi liberalitate, aliàve virtute profici ſci: haud magno negotio mutari poſſe. Nos hæc præcipio in illū amore ſcribere dicemus, aliàs nō idem facturos. Orabimus vt pari libertate in nos vtatur, niſi forte minus amet. Id enim proprium amicitię munus, & libera ſit admonitio, ac mu, tua: & ſimilia q̃ ad hāc ſentētiā ꝑtinebūt. Quòd ſi tyranno, regi, aut alioqui potēti ſcribimus, cu, ius aures nullam omnino ſint reprehēſionem ad, miſſuræ, eū falſo laudantes reprehendem⁹. Quū enim multas in eo virtutes prædicamus, à quib⁹ eſt alieniſſimus: quum item in alijs quædam abo, minanda execrāmur vitia, à quibus illum immu, nem eſſe dicimus: tacite admonemus agnoſcen, tem, quid mutare, quid ſequi debeat. Hoc equi, dem conſilio laudationes illas principū repertas fuiſſe auguror, vt ſub laudis ſpecie, ſuorum vitio, rum, ſine offenſa, ſine pudore admonerētur. Alio, qui quid ea aſſentatione fœdius? Vbi vero ſine re, prehenſione quid agendū ſit, oſtendemus: autho ritatem quādam nobis cōſtituamus oportet, ſine eius quē monemus, iniuria. Idq; vel ab ætate qua illum longe præcedimus, vel à multarum rerum vſu, qui in eo tantus per ætatem nondum eſſe po tuit: vel à diuturno ſtudio: in quo nos ſimus plu, rimis annis verſati: illo nunc ingrediente pollice, bimur nos amantiſſime, ſimulq; fideliſſime con, ſulturos. Demū grauitate quadā ſermonis quid

quo modo fieri conueniet, oſtendemus.

Probatiſſimorum authorũ dictis & exemplis crebris vtemur, prçſertim eorum quorum authoritas grauis eſt apud eũ quẽ admonemus: & quid quenq; laudis aut infamię cõſequutum ſit, oſtendemus. Ad prius illud admonẽdi genus quo amicũ vel blandius vocamus ad meliora conſilia, vel liberiꝰ obiurgamus, pro perſonarũ aut rerum varietate, multum cõducet liber Plutarchi quẽ ſcripſit de diſcernẽdo adulatorem ab amico. Ad poſteriushoc quod tantum docet, non obiurgat, cõferẽt epiſtolę, imò libri omnes Senecę, Cypriani, Hieronymi, & aliorum qui viuendi formã diuerſis prçſcripſerunt. Sed præcipue Plutarchi libelli qui Morales appellantur. In priore reperiẽtur huiuſmodi ferme themata. Admonẽdꝰ amicus ſubmoroſus, vt magis ſeſe accommodet ad mores omnium. Si magis comis in vxorẽ, mitior in liberos, clemẽtior erga famulos, obſequẽtior erga amicos. Item qui linguæ ſit liberioris, admonẽdus vt circũſpectius loquatur, quòd nõ eodẽ candore ab omnibus excipiantur quæ dicuntur. Item amicus plus ſatis addictus ſtudijs admonebitur vt parcat valetudini, vt ſe partiatur ſtudijs, ac neceſſarijs negotijs: vt ſe magis accommodet ad ſenſum cõmunẽ. Ita qui ſimplicioris erit ingenij, admonebitur ne quid fidat fictis amicis. Qui deditus erit aleæ, reuocabitur ad alios luſus. Qui profuſior, ad frugalitatem: qui ferocior, ad modeſtiam: qui incogitantior, ad vigilantiam. Atq; itẽ de cæteris. nam ſunt innumera. Hoc genus minimũ differt à ſuaſorio. In poſteriore licet huiuſmodi themata fingere. In ſtudio literarum quomodo verſandũ. Stylus qui-

bus modis potiſſimū paradus. Quibus rebus conciliāda fama. Quibus artibus vitari poſſit inuidia. Quo pacto colenda amicitia. Quid vitādum, aut ſequendum in matrimonio: qua de re ſcripſit Plutarchus. Quibus modis inſtituēdi liberi. Quid faciendum ludi magiſtro. Quid ei qui decreuerit in aula principum viuere. Quod officium boni medici, principis, aut epiſcopi, ducis, aut militis, boni cōcionatoris. Ex his ſimilia licebit ſimileſq; materias cōminiſci. Sæpe miſcetur vtrunq; genus: cuius accuratiſſimū exemplum ſi quis quęrit, legat Ciceronis ad Qu. fratrem epiſtolam, cui⁹ initiū: Et ſi non dubitabam quin hanc epiſtolā: Pręſtabit in huiuſmodi thematibus exerceri, vnde præter phraſim paratur & prudētia, poti⁹ q̄ in friuolis & anilibus materiolis. In re tam varia nō magni referebat exemplum ſubijcere, ſed tamen hoc faciemus, ne prorſus exemplo careat præceptio.

EXEMPLVM EPISTOLAE MONITORIAE.

QVONIAM ex Italia reuerſus, inter tuos viuere decreuiſti, eritq; tibi & pro tua eruditione, & natalium ſplendore, & vitę dignitate in omniū oculis ſumma cū expectatiōe viuendū: oras vt ſenex iuueni optimam quādam viuendi formam cōmonſtrem, quò poſſis & maleuolorum reprehenſionē effugere, & optimi cuiuſq; iudicio ꝓbari, deniq; & animi trāquillitati, & corporis valetudini cōſulere. Incredibile dictu eſt quātū iam nunc iſta animi tui maturitate delecter, qui iuuenis adhuc, ea quæ ſenes pleriq; negligim⁹, mediteris. Optima, iquit Cicero, eſt vitę eligenda ratio: quam iucūdam reddet cōſuetudo.

Quare q̃q̃ ſingularis tua & eruditio, & prematu ra quædã animi magnitudo monitore nõ egeat, tamen quãtũ ætate, quæ ſola te vincimus: quã tum longo rerum vſu, qui prudentes efficere ſo let, quantum multorum annorum ſtudio cõſequi potuimus, inſtitutum quàm optimũ præſcribe mus: quod & veterum pleroſq; tenuiſſe video: me quoq; quantum potui: ſequutum eſſe gaudeo: nec te quidem ſequutum fuiſſe pœnitebit olim. Prin cipio, quod ſemper feciſti, eũ animũ optine, qui nihil acerbũ, nihil durum exiſtimet quod ſit ho neſtum. Qui nullo vel metu deterritus, vel ſpe ca ptus, ab officio delectatur. Quam optimos tibi adiungito. Malos ne laceſſito. Tua ne iactes. Alie na ne carpas. Fac cum omnibus ſis anteferendus, ipſe te præferas nemini. Amicũ ita ames, tãq̃ ali quãdo oſurus: inimicũ ita oderis, tãq̃ olim amatu rus. Cum bonis, officijs certa. Nemini aduerſeris. Omnibus te affabilẽ præbeas. Domi hilaris, foris cõpoſit⁹. Nemini tua arcana committas, memor quàm fallax ſit multorũ amicitia. Beneficiũ cõfer libenter, inuitus accipe. Moroſitatẽ in primis fu ge. Officiorũ diutiſſime meminiſſe oportet, iniu riarum facile obliuiſci. Gloriã ſi cõtemnes, vltro te ſequetur: ſin ſequeris, fugiet ſequentem. Ne ca pta laudari, ſed fac laudanda. Cum præpotentib⁹ aut nulla ſit conſuetudo, aut comis. Nullus ſum ptus tibi ſit pretioſior tempore: diem in operas partire. Ieiunus ſtude, aut ſcribe: pranſus hilariora quædam agito: ceſſanũq̃. His rationibus ſi diligẽ ter vteris, & animi trãquillitati conſules, & cha rus quàm plurimis, nemini odioſus eſſe poteris. Corpus vero moderatis agitationibus exerce, ne

Docet agẽda

ignauia torpeſcat, neve immodicis laboribus frā-gatur. Cibus ſit tēperatus, ac tempeſtiuus: prande liberalius: cœna parcius: potus non quantum libidini, ſed quantum naturę ſatis eſt, ſume. Vale.

ALIVD EXEMPLVM.

CVM te incredibili quodam ardore literarum flagrare minime dubitarē, Chriſtiane nō vulgaris amice: hortatore nihil op⁹ eſſe putaui, ſed ei⁹ quā ingreſſ⁹ eſſes, vię duce modo, ac tāq̄ indice. Id quod mei officij eſſe iudicaui, videlicet vt tibi homini non modo multis modis copulatiſſimo, verū etiam iucundiſſimo, veſtigia quibus ipſe à puero eſſem ingreſſus, commonſtrarem. Quæ ſi tu pari cura accipies, atq̨ ego dicturus ſum: futurum confido vt neq̨ me monuiſſe, neq̨ te paruiſſe pœnituerit. Prima igitur cura ſit vt præceptorē tibi deligas quàm eruditiſſimum. Neq̨ enim fieri poteſt vt is recte quenq̄ erudiat, quid ſit ipſe ineruditus. Quem ſimul atq̨ nactus eris, fac modis omnibus efficias vt ille patris in te, tu filij viciſſim in illū induas affectum. Ad quod quidem cum ipſa honeſti ratio nos debet adhortari, quòd nō minus debeamus ijs à quibus recte viuendi rationē, quàm à quibus viuēdi initia ſumpſimus: tum ad mutua iſta beneuolentia tantū ad diſcendum habet momenti, vt fruſtra ſis literatū pręceptorem habitur⁹, niſi habueris & amicum. Deinde vt te illi & attentum, & aſſiduū prębeas. Contentione enim immodica nonnūq̄ obruūtur ingenia diſcētiū. Aſſiduitas vero & mediocritate ſua perdurat, & quotidianis incremētis maiorem opinione aceruum accumulat. Satietate cū omnibus in rebus, tum in literis nihil pernicioſius, La-

xãda eſt igitur aliquoties illa literarum cõtẽtio: intermiſcendi luſus, ſed liberales, ſed literis digni, & ab his non nimis abhorrẽtes. Imô medijs ipſis ſtudijs perpetua quædã voluptas eſt intermiſcenda, vt ludum potius, diſcendi quàm laborem exiſtimemus. Nihil enim per quam diu fieri poteſt, quod nõ agentẽ aliqua voluptate remoretꝛ. Optima quæꝗ ſtatim ac primũ diſce. Extremæ eſt dementiæ diſcere dediſcẽda. Quod in curando ſtomacho ſolent præcipere medici, idẽ tibi in ingenijs ſeruandũ puta. Caue ne aut noxio, aut immodico cibo ingeniũ obruas. vtroꝗ enim iuxta offenditur. Ebrardũ. Catholicon, Brachylogũ, cæterosꝗ id gen⁹, quos percenſere neꝗ poſſum, neꝗ operæpretium eſt, ijs relinquito, quos barbariem immenſo labore diſcere iuuat. Initio non quàm multa, ſed quàm bona percipias, refert. Sed iã rationem accipe qua poſſis non ſolum rectius, ſed etiã facilius diſcere. Hoc enim in homine artifice prẹſtare ſolet artis ratio, vt tãtundẽ operis quum rectius expeditiusꝗ, tum leuius etiã efficiat. Diẽ tibi in operas partire: id quod & à Plinio Secundo, & Apio Põtifice Max. viris pſtãtiſſimis factitatũ legimus. Principio, quod caput eſt, præceptorem interpretãtẽ non attentus modo, ſed & auidus auſcultato. Non cõtẽtus impigrẹ ſequi diſſerẽtẽ, aliquoties præuolare contende. Omnia illius dicta memoriæ, præcipua etiã literis mandabis, fideliſſimis vocũ cuſtodibus. Quibus rurſus ita cõ fidas caue, vt diues ille ridiculus apud Senecam: qui ſic animũ iduxerat, vt ſe tenere crederet quicquid ſeruorũ quiſquã meminiſſet. Noli cõmittere vt codices habeas eruditos, ipſe inerudit⁹. Au

dita ne effluant, aut apud te, aut cum alijs retra-ćta. Nec is contentus, aliquam temporis partem tacitæ cogitationi tribuere memento quã vnam D. Aurelius tum ingenio, tũ memoriæ in primis conducere ſcripſit. Conflićtatio quoq; & tanquã palæſtra ingeniorum neruos animi præcipue tũ oſtendit, tum excitat, tum adauget. Nec ſciſcitari, ſi quid dubitabis: nec caſtigari, ſi quid errabis, ſit pudor. Nocturnas lucubrationes atq; intempe-ſtiua ſtudia fugito. nam & ingenium extingunt, & valetudinem vehementer offendunt. Aurora Muſis amica eſt, apta ſtudijs. Prãſus aut lude, aut deambula, aut hilarius cõfabulare. Quid quod inter iſta quoq; ſtudijs loc⁹ eſſe poteſt? Cibi nõ quã-tum libidini, ſed quantum valetudini ſatis ſit, ſu-mito. Sub cœnam pauliſper inambula: cœnat⁹ idẽ facito. Sub ſomnum, exquiſiti quippiã, ac dignũ memoria legito. De eo cogitãtẽ ſopor opprimat: id experrećtus, à te ipſo repoſcas. Plinianũ illud ſemper animo inſideat tuo: Omne perire tempus, quod ſtudio non impertias. Cogita iuuenta nihil eſſe fugacius: quæ vbi auolauerit ſemel redit nũq̃. Sed iam hortator eſſe incipio, indicem pollicitus. Tu ſuauiſſime Criſtiane, hanc formam, aut ſiquã poteris meliorem: ſequere: ac bene vale.

QVIS SIT MODVS REPETENDAE LECTIONIS.

QVIBVSDAM prima ac vnica ferê cura eſt, ſtatim ad verbũ ediſcere: quod equi-dem non ꝓbo. eſt enĩ tũ magni laboris, tũ fructus propè nullius. Quorſum enim attinet pſitaci more verba nõ intellećta reddere? Com-modiorem igitur viam accipe. Lećtionem qui-

dem auditam continuo relege:ita, vt vniuerſam ſententiam paulo altius animo infigas. Deinde à calce rurſus ad caput redibis, & ſingula verba excutere incipies:ea duntaxat inquirēs,quæ ad grãmaticam curam attinent:videlicet,ſi quod verbũ obſcurum,aut ancipitis deriuationis ſi heterocliꝰ tæ coniugationis:quod ſupinum,quod præteritũ faciat:quos hababeat maiores,quos nepotes, quã cõſtructionẽ:quid ſignificet,& huiuſmodi nõnulla. Hoc vbi egeris,rurſum de integro percurrito: ea iã potiſſimũ inquirens, quæ ad artificium rhetoricum ſpectãt. Si quid venuſtius,ſi quid elegantius,ſi quid concinnius dictum videbitur,annotabis indice,aut aſteriſco appoſito. Verborum compoſitionem inſpicies:orationis decora ſcrutabere: Authoris cõſilium indagabis, qua quidque ratione dixerit. Vbi quid te delectauerit vehemẽtius, caue prętercaſam (quod aiũt) fugias. Fige pedem, ac abs te ipſo rationem exige quare tantopere ſis ea oratione delectatus:cur nõ ex cęteris quoqꝫ parem cęperis voluptatem. Inuenies te acumine,aut exornatione aliqua oratoria,aut cõpoſitionis harmonia:aut,ne omnia perſequar,ſimili quapiã cauſa commotum fuiſſe. Quòd ſi aliquod adagium,ſi qua ſentẽtia,ſi quod prouerbium vetus, ſiqua hiſtoria,ſiqua fabula,ſiqua ſimilitudo non inepta,ſi quid breuiter,acute,aut alioqui ingenioſe dictũ eſſe videbitur,ſi tãq̃ theſaurum quendam animo diligẽter reponendum ducito ad vſum, & ad imitationem. His diligẽter curatis, ne pigeat quarto iterare. Nam hoc habẽt eruditorum virorũ, ſummo ingenio,ſummis vigilijs elucubrata ſcripta,vt milies relecta magis magiſqꝫ placeãt,ſemperque

admiratori ſuo nouum miraculum oſtendant. Id quod tibi in tabula tua ſæpenumero nec ſine cauſa laudata euenire ſolet, quod antea non animaduertiſſes: idem tibi multo amplius in bonis authoribus eueniet. Releges igitur quarto, ac quæ ad philoſophiam, maxime vero Ethicen, referri poſſe videantur, circunſpicies, ſi quod exemplũ quod moribus accommodari poſſit. Quid autem eſt ex quo non vel exemplum viuendi, vel imago quædam vel occaſio ſumi queat? Nam in aliorum pulchre ac turpiter factis quid deceat, quid nõ, iuxtà videmus. Hæc ſi facies, iam vel edidiceris, quãquã aliud egiſti. Tum demum, ſi libet, ad ediſcendi laborem accedito: qui tum aut nullus erit, aut certe perquam exiguus. Quid deinde? Reſtat vt cũ ſtudioſis congrediaris, tuas annotationes in medium proferas, viciſſimque illorũ audias. alia laudabis, alia reprehendes: tua partim defendes, partim caſtigari permittes. Poſtremo quod in alijs laudaſti, tuis in ſcriptis imitari conaberis.

Secreta ſtudia à doctis laudãtur, at ita, vt poſtea, è latebris in arenam prodeamus, viriũmq; noſtrarum periculum faciamus. Id quod ſapientiſſime à Socrate eſt dictum. Experiamur vtrum partus ingeniorum vitales ſint. Nimirum obſtetricum induſtriam imitati. Quare alternatim vtriſque vtetur, qui non vulgariter volet euadere doctus. Vale.

ALIVD EXEMPLVM DE VITA AVLICA.

SCRIBIS te nolẽtẽ ac reluctantẽ volũtate parentũ rapi protrudique in aulam principis. Quando igitur neceſſitas vinci nõ po-

teſt, ſupereſt vt commode vtendo perficias vt aliquando te iſtinc explices quàm minimo malo. Nec enim omnibus infeliciter ceſſit hanc adiſſe Laidem. Et ne tibi videar nõ ſatis grauis admonitor, ſcito me ab ipſa pueritia ad annum vſq; quinquageſimũ in aulis prĩcipũ militaſſe. Primũ illud tecum ſtatuito, ne quid cui credas quantumuis in ſpeciem amico, quantumuis arridenti, cõplexanti, pollicenti, deieranti. Nec quenquam exiſtimes tibi ex animo amicum, nec tu ſis cuiq̃ amicus ex amico: tamen perinde quaſi neminem non ames, ita blãdus & comis eſto ſingulis. Eſto largiſſimus eorum officiorum quæ tibi nihil adferunt impendij. Saluta blande, complectere, cede viã, aperi caput, ſubinde repete honoris & charitatis titulos, lauda affatim, pollicere benigniter. Prius igitur domi vultum componito, vt is tibi paratus ſit ad omnem fabulæ partem, ne quid veri affectus in facie ſublucat. Meditanda domi eſt actio, vt oratio vultui, vt vultus ac totius corporis geſtus orationi fucatæ ſubſeruiat. Hæc ſunt aulicæ philoſophiæ rudimenta: ad quæ nullus erit idoneus, niſi prius omnem pudorem abſterſerit, ac vultu natiuo domi relicto, quaſi perſonam ſumpſerit. Proximũ erit, vt factiones totius aulæ ſubodoreris, ſed ita, ne cui te facile admiſceas. Si quos, aut ſi quas videris nihil nõ poſſe apud principẽ, vide vt te ſemper inflectas ad latus nauis felicius. Nec pudeat aut pigeat aſſentari morionibus etiam quos animaduerteris eſſe gratos Ioui. Sed hunc ipſum omnibus technis captabis. Quoties in illius conſpectu cõſiſtes, arte præ te feres ſimplicem quandam alacritatẽ: quaſi gaudio geſtias quoties illi datur adeſſe. Et poſtea

quàm comperiſti quibus reb9 offendatur, quibus oblectetur, nō multū erit negotij apud illum quā- uis magnā iire gratiā. Cōmodè ſubſeruies, ad ora- tionē arridebis. ſi loqui nō dabitur, applaudes ve- lut admirabūdus. Sed apud alios plenis (vt aiunt) tibijs illius laudes decantabis. Aliqui certe perfe- rēt, ſi paſſim prædicaueris. nunc hic, nunc ille tibi captandus erit munuſculo, ſed elegāti & apto ma gis quā pretioſo, ne videaris aureo piſcari hamo. preciū addes oratione. Excuſabis tenuitatē fortu- næ. Vbi illa cōtigerit opulētior, polliceberis mon tes aureos. Siqua præda affulſerit, caue quiſq̄ deo- rum aut hominū tibi tam charus ſit, vt illi cedas. Semper tibi proximus eſto. Quoties de re agitur, vel patri verba dāda ſunt. Nō ſēper in aula ſpirant vēti ſequūdi: vbi ſpirāt, arripiēda eſt occaſio. Nul- lius iuriſiurādi tam ſancta ſit tibi religio, vt huius gratia patiaris opimā prædā elabi de manibus. Si quib9 principē ſenſeris vehemēter infēſum, ac di- uerſam factionē geſtire victoria, ſēper accōmoda- te feliciorib9, ſed ita, vt alterā partē nō lædas capi taliter, niſi id fiat tuo magno certoq; bono. Solent enim principū fauores, ventorū in morem ſubin- de reflare in diuerſum. In ſumma, vbiq; venare cō modum tuum. Ne quem aperte lædas. Caue men ſam habeas domi. ea res exhauriet te ſumptibus. Longe præſtat conuiuam eſſe, quàm cōuiuatorē. Noli ſupputare quanti cōſtet vna cœna domi da- ta, ſed ſubducito rationem ad quantam ſummam poſt annū ea res tibi ſit reditura. Proceres aliquot cole. Horum menſis te adiungito, ſed ita, ne cre- brius ad eundem. Hic comis & cōmodus eſto cō- uiua, ſic feſtiuus ad lepidus, vt ne quem offendas.

Si quid in te dictum erit petulantius, in luſum io¬cumque vertito, etiam ſi ſeria res ſit. Ab omnib⁹ tã quam ab hoſtibus caueto. Ne cui concredas vnde te poſſit lædere. Si quos ſenſeris tibi parum ami¬cos, fac artificio ſummo diſſimules, & communi¬bus officijs hoc magis apud illos amicũ agas. Lau da apud eos quos ſuſpicaris renunciaturos. hac ar¬te aut fient amici, aut mitius erunt inimici. Tan¬tum caue, nequa detur anſa lędẽdi. In cæteris nu¬gis aulicorum eſto lepidus congerro. Tantum ab alea tẽperato. ſiquidem ad hunc ſcopulũ multi fe¬cere naufragiũ, ſic, vt vix licuerit enatare nudos, Da operam vt quàm minimum inquineris. Ad rem augendam & conſtabiliendam vbique vigila. Vbi ſatis pingueris, excogitanda ratio, vt, quod paucis contigit, feliciter ab aula te ſubducas, tibique viuas. Neque perpetuus adſis principi, neque ni¬mium diu abſis: quorum alterum parit tædium ac ſatietatem, alterum obliuionem. Vt autem etiam commodo tuo abſis, ambi legationes, ſed fauora¬biles, minimique negotij. ita ſubinde redibis nouus ad principem tuum. Semper eſto querulus ac pe¬tax. & quemadmodum callidæ meretrices varijs nominibus ac modis ſemper aliquid auferunt ab amatoribus, ita tibi ſtudio ſit ſemper aliquid au¬ferre à principe. Sed ea potiſſimum petenda, quæ ille ſine ſuo ſumptu largiri poteſt. Quod genus ſunt ſacerdotia, præpoſituræ, abbatiæ. Si quid e¬rit tale, cuius tu capax non ſis, ſuborna qui petant ſuo nomine, ſed tuo commodo. Hæc arbitror eſſe ſatis pro primis elementis: poſthac vbi te profeciſ ſe videro, abſtruſiora quædam impartiam. Vale.

EXEMPLVM EPISTOLAE QVAE HABET ADMIXTAM OBIVRGATIONEM.

CONTIGIT tibi gen⁹ cũ primis honeſtũ: contigit res ſatis ampla: contigit ingeniũ: contigit eruditio non vulgaris: nec deeſt iudiciũ. Quid multis? felix eras, niſi vnũ quiddam tibi deeſſet: vt hoc tua pace dixerim. Nam hæc qui ſcribit, tibi ex animo bene vult, vt ſi quis alius. Quid iſtuc, inquies, vt animo imperes tuo, mi Saxoni? Quid cõferũt literæ, ſi neſcias vti? Non hercle plus, q̃ cithara ei qui neſciat canere. Ad hoc diſcitur philoſophia, vt ne quid agatur ex affectuũ arbitrio, ſed ex rationis iudicio. Et vnũ hoc quod deeſt ad felicitatem, ipſe tibi præſtare potes. præſtiteris enim illico, ſi magnopere velis. Quid tibi cũ iſtis litibus? Sit interim leuis momẽti quòd & rẽ deteris, & tẽporis iacturã facis: animi tranquillitate cares, & minus iucũdus es vxori, liberis, amicis, minus adeo tibi ipſi: vides toties periclitari valetudinem tuam. Vt belli, ſic litis incertus euẽtus. Sed finge certam victoriam: quæſo te, an totũ hoc quod euinces, tot incommodis emendum putas, etiam vitæ diſcrimine? Scio, non facis iſta tuopte ingenio, quo nihil eſt ad pacem & amicitiam propenſius. Inſtigat te lippus ille veterator, homo factus ad lites. Sed obſecro te per noſtram amicitiã, qui magis libet iſti vni auſcultare, quàm optimo parenti, quàm his amicis, qui tibi nõ minus bene volunt, quàm ſibi? Tu quidem pro tuo candore alios æſtimas è tuo ingenio, at vereor ne conſultor iſte ſibi conſulat, non tibi. Mihi vultus ipſe hominis impoſtorem clamitat. Atque vtinam hic mihi

ſit læua mens:ſed vereor ne ſero ſapias, mêque va tem verum fuiſſe dicas. Reijce nebulonis venena tam blandiloquẽtiam. Patrem virum & ſingulari prudentia præditum, & tui plus quàm paterne amantem imò tuum ipſius ingenium, tuam eruditionem in conſilium adhibe. Rem per arbitros cũ affine tranſige vel parum æquis cõditionibus: fortaſſe capies aliquod rei diſpendium. Crede mihi, ſi rerum omnium rationem ſubduxeris, iſtud diſpẽdium ſummum erit compendium, etiam ſi in ſolidum pereat quo de lis eſt. Vale.

MONITORIAE SYLVA.

Cice. epiſto. familia. AM neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes, neque delendum, etiam ſi id fieri poſſet, ſummorum ciuium principatum, neque permanendum in vna ſententia, conuerſis rebus, ac bonorum volũtatibus mutatis: ſed temporibus aſſentiendum. Nunquam enim præſtantibus in Republica gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio: ſed vt in nauigãdo tẽpeſtati obſequi artis eſt, etiam ſi portum tenere non queas: cum vero id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum quẽ ceperis, potius quàm eo commutato quò velis tandem peruenire: ſic cum omnibus nobis in adminiſtrãda Republica propoſitum eſſe debeat, id quod à me ſæpiſſime dictum eſt, cum dignitate otium: non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus.

Mitigatio. Etſi eo te adhuc conſilio vſum intelligo, vt id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipſe diſſentiam, ſed quòd ea te ſapientia eſſe iudicem, vt meũ conſiliũ non anteponam tuo: tamen & ami-

citiæ noſtræ vetuſtas,& tua ſumma erga me beneuolentia,quæ mihi iam à pueritia tua cognita eſt, me hortata eſt vt ea ſcriberem ad te,quæ & ſaluti tuæ conducere arbitrarer,& non aliena eſſe ducerem à dignitate.

Sed quoniã quod mihi placeret oſtẽdi, reliqua tu pro tua prudentia conſyderabis.

Scribam aperte,ſicut & mea natura, & noſtra amicitia poſtulat.

Oro obteſtórq; te pro noſtra vetere coniunctione ac neceſſitudine, próque ſumma mea in te beneuolentia,& tua in me pariter,te vt nobis,parenti,coniugi,tuiſq; omnibus,quibus es fuiſtiq; ſemper chariſſimus,saluũ cõſerues: incolumitati tuæ, tuorúmq; qui ex te pẽdent,conſulas. Quæ didiciſti,quæq; ab adoleſcentia pulcherrime à ſapientiſſimis viris tradita,memoria & ſcientia cõprehendiſti,ijs hoc tempore vtare. quos coniunctos ſumma beneuolẽtia plurimiſq; officijs amaſti, eorum deſyderium ſi non æquo animo, at forti feras.

Nunc tantum ſignificandum putaui, vt potius amorem tibi oſtenderem meum, quàm oſtentarẽ prudentiam.

Adhuc enim patitur tua ſumma humanitas & ſapientia me quod ſentiam,libere dicere.

Lib.x.epiſtola: Quæ locut⁹ eſt Furnius noſter. Cicero ad Atticum.

Vt enim gubeanatori curſus ſecundus,medico ſal⁹,ĩperatori victoria: ſic huic moderatori Reipublicæ beata ciuium vita propoſita eſt,vt opib⁹ firma,copijs locuples,gloria ampla, virtute honeſta ſit. Huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum effectorem volo.

Vehementer à te Brute diſſentio, neque clemẽ-

tiæ tuæ concedo,ſed ſalutaris ſeueritas vincit inanem ſpeciem clemẽtiæ. Quod ſi clemẽtes eſſe voluerimus,nunquam deerunt bella ciuilia.

Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta.nihil poteſt eſſe verius.

Nunc Cicero,nunc agendum eſt ne fruſtra oppreſſum eſſe Antonium gauiſi ſimus,neu ſemper primi cuiuſq; mali excidenda cauſa ſit, vt aliud renaſcatur illo peius.

Etiam illud te admoneo,ne quid vllis literis cõmittas quod ſi prolatum ſit,moleſte feram[9]. Multa ſunt quæ ego neſcire malo,quàm cũ aliquo periculo fieri certior.

Cicero epiſt. familia. Nec te tam longæ nauigationi per hyemẽ niſi bene firmum committas,nève nauiges,niſi explorate. Qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Solent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. cautus ſis mi Tyro.

Accepi tuam epiſtolam vacillãtibus literis, nec mirum tam graui morbo.

Audio te animo angi, & medicum dicere,ex eo te laborare. Si me diligis,excita ex ſomno tuas literas,humanitatẽmque propter quam tu es mihi chariſſimus.

Nunc opus eſt te animo valere,vt corpore poſſis. Id quũ tua,tum mea cauſa facias,à te peto. Mihi crede,tuis literis perlectis exilui gaudio.

Quid eſt enim negotij continere eos quib[9] præſis,ſi te ipſe contineas? Nam vt quiſq; eſt vir optimus,ita difficillime eſſe alios ĩprobos ſuſpicatur.

Multis enim ſimulationũ inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obducitur vniuſcuiuſq; natura. Frons,oculi,vultus,perſæpe mentiũtur,ora-

tio vero ſæpiſſime.

Quid enim ei præcipiam, quē ego in hoc præſertim genere intelligam prudentia non eſſe inferiorem me, vſu vero etiam ſuperiorem?

Quapropter incumbe toto animo & ſtudio omni in eam rationē qua adhuc vſus es, vt eos &c.

At ille quidē princeps ingenij & doctrinę Plato tū deniq; fore beatas Reſpublicas putat, ſi aut docti ac ſapientes eas regere cœpiſſent: aut qui regerent, omne ſtudium in doctrina ac ſapiētia collocaſſent.

At ea quidem quæ ſupra ſcripta ſunt, non vt te inſtituerem ſcripſi (neq; enim prudentia tua cuiuſquam præcepta deſyderat) ſed me in ſcribēdo commemoratio tuæ virtutis delectauit: quanquā in his literis longior fui, quā aut vellem, aut me fore putaui. Mitigatio monitionis.

Sed te illud admoneo, vt te antè cōpares, quotidieq; meditere reſiſtendū eſſe iracundiæ, quum ea maxime animum mouet: tū diligentiſſime linguam eſſe continendam: quæ quidem mihi virt⁹ non interdum minor videtur, quàm omnino nō iraſci.

Nihil enim nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo. Apud Xenophontem eſt Cyri & Ageſilai, ſummo imperio nullum vnquam verbū aſperius auditum fuiſſe. Mitigatio monitionis.

De ſorore quod ſcribis, teſtis erit tibi iſta quantæ mihi curæ fuerit. Vtinam fratris in eā animus eſſet is, qui eſſe deberet. Quem quum eſſe offenſiorem arbitrarer, eas literas ad eum miſi, quibus & placerem vt fratrem, & monerē vt minorem, & obiurgarem vt errantem.

Tu pro tua prudentia quid optimum factu ſit videbis. Niſi mihi fortuna proprium conſiliũ extorſiſſet, &c.

At vide quãto diligentius homines metuãt quã meminerint.

Pecunia omnium dignitatem exæquat.

Nunc te obiurgari patere.

Plinius, Neque enim tantopere mihi cõſyderandum eſt quid vir optim⁹ in præſentia velis, q̃ quid ſemper ſis probaturus.

Quo magis te, cui vacat, hortor, cum in vrbem proxime veneris, venias autem ob hoc maturius, illi te expoliendum limandũmq; permittas. Neq; enim ego, vt multi, inuideo alijs bonum quo ipſe careo, ſed contrà ſenſum quendam voluptatemq; percipio ſi ea quæ mihi denegant, amicis video ſupereſſe.

Quod tibi ſcripſi, vt te ſortitũ prouinciam præmonerem, plurimũ tibi credas, nec cuiquam ſatis fidas: deĩde ſcias, ſi quis forte te, quod abominor, fallat, paratam vltionem. qua tamẽ ne ſit opus, etiam atque etiam attende. Neque enim tam iucũdum eſt vindicari, quàm decipi miſerum.

Poſſum ego, quod plurib⁹ verbis, pluribus etiã voluminib⁹ philoſophi docere conãtur, ipſe breuiter tibi mihiq; præcipere, vt tales eſſe ſane perſeuerem⁹, quales nos futuros ꝓfitemur infirmi.

Lib. primo. tota epiſtola cuius initium: Conſulis an exiſtimem.

Quorſum hæc? ne tibi optimæ indolis iuueni quorũdã immenſa luxuria ſpecie frugalitatis imponat. Conuenit autem amori in te meo, quoties tale aliquid inciderit, ſub exẽplo præmonere quid

debeas fugere. Igitur memẽto nihil magis eſſe vi- tandum, quàm iſtam luxuriæ & ſordium nouam ſocietatem: quæ cũ ſint turpiſſima, diſcreta ac ſe- parata, turpius iunguntur.

Lib. iij. tota, Cum patrem tuum.

Quomodo principes ſub ſpecie laudis excitan- di ſint ad honeſta docet Plini⁹ lib. iij. epiſtola, Of- ficium conſulatus.

Rurſum lib. vij. epiſto. Terret me hæc tua.

Eodem lib. Quæris quemadmodum, de ratiõe ſtudij.

Item eodem lib. Deliberas mecum.

Rurſum epi. Gaudeo quidem. Rurſum lib. viij. Amor in te meus cogit, non vt præcipiã (neque enim præceptore eges) admoneã tamen, vt quæ ſcis, teneas, & obſerues, aut ſcias meli⁹. Nam tota vſque ad finem, huius argumenti eſt, & elegans.

MONITIO, MEA.

De malo principe tacendũ cenſeo. nam ſi male loquaris, ingens periculum eſt: ſi bene, graue flagitium eſt.

Non te cuiuſquam authoritas abducat à recto. Eſt quidem conſultum inhærere maiorum veſti- gijs, ſi quidem illi recto itinere præceſſerũt. Alio- qui quid intereſt inter hunc imitatorem, & gre- gem, ducem illum ſuum, quoquò ſe conferat, ſe- quentem?

Hoc ipſo mihi places, quod ipſe tibi diſplices. Nam veriſſime dixit Plinius: Magis in ſtudijs ho- mines timor, quàm fiducia decet.

Ede tandem aliquod indolis tuæ ſpecimen. O- ſtende te aulæ, oſtende Reipublicæ, patere te aſſi- gnari famæ. Scis illud, Occultæ muſices. &c.

Mitigatur admonitio.

Oſtendi quid in te,hoc eſt in opere pulcherrimo deſyderem.

Quem ſi ſine exceptione laudaſſem,& fide caruiſſet laudatio , quę in nullũ cõpetit mortalem: & tibi nihil profuiſſem.Nunc omnes intelligũt, & intelligis ipſe,nihil cętera vere placere,quũ nõ diſſimularim quę mihi diſpliceant.

Sciebam tibi nihil op⁹ eſſe monitore,ſed tamẽ libuit admonere,vt quod facis,faceres.

Quod trãſactum eſt,reuocari iam in integrum non poteſt.quid in poſterum oporteat fieri,cõſulendum eſt.

Nunc monere te ſerum eſt, obiurgare inhuma num.vtinam aut ego poſſim te ex iſtis malis exi mere,aut tu monitis meis obtẽperans in iſta nõ incidiſſes.

Quid faciam? Obiurgabo te, qui toties admonitus vt caueres,velut abſtinato deuotóq; animo temet in iſtas calamitates conieceris? Sed erũnoſum amicum obiurgare,crudele eſt. Admonebo? ſerum eſt.vtinam ſerum non eſſet. Scio q̃ tu fruſtra ſoleas admoneri. Cõplorabo tuam infelicitatem? quid aliud q̃ plagam exacerbauero? Vnum illud ſupereſt,ſi quid tamen ſupereſt, ne doloris impatientia,malis per ſe grauiſſimis grauius aliquid adiũgas,& omnes ingenij conſilijq; tui neruos excites,& temet iſthinc euoluas.

Etiam atq; etiam cura valetudinem tuam. Et q̃q̃ eſt hyems,tamẽ memẽto te Auenione viuere.

Deliberationẽ tuam ad amicos retuli: quorum vna omniũ eſt ſentẽtia,vt relictis iſtis nugis oratorum ac poetarum, te totum ad ius pontificium conferas.

Cicero id epiſtolæ propriũ eſſe putauit, vt cui ſcribitur, de ijs quę ignorat, certior fiat. At ego ad te ea quæ melius meipſo tenes.

Quare aut amori meo cõcedas oportet, aut hãc epiſtolam eſſe neges.

RESPONSIO AD MONITIONEM

r RARAS tuas(quidem fortaſſe enim nõ perferuntur) ſed ſuaueis accipio literas, vel quas proxime acceperam, q̃ prudentes, q̃ multi & officij & cõſilij. Et ſi omnia ſic cõſtitueram mihi agenda, vt tu admonebas: tamen confirmãtur noſtra conſilia cum ſentimus prudẽtibus fideliterq; ſuadentibus idem videri.

DE AMATORIA EPISTOLA.

a MATORIAE epiſtolæ non oẽs eodem in genere verſantur. Aliæ enim petunt, aliæ expoſtulant, aliæ querũtur, aliæ blandiuntur, aliæ purgant. Quare cõmode de his arte pręcipi nõ poterat. Hui9 generis duas ſpecies nõnullos feciſſe video, honeſtã, & turpẽ. Nos honeſtam, cõciliatoriã appellam9, alteram amatoriam. Cõciliatoria eſt, qua nos ĩ beneuolẽtiã antea ignoti inſinuamus. Eam ſic inſtituem9. Principio cauſas quibus ad ambiendã illius amicitiã ſumus accenſi, probabiliter exponemus. Id quãq̃ vix citra aſſentationẽ fieri poteſt, tamẽ aſſentationis ſuſpicionẽ accurate amouebim9. Deinde ſi quid in nobis erit quod illũ ad nos mutuo amãdũ prouocabit, id ſine arrogãtia ſignificabimus, hoc modo.

SANTERANVS FAVSTO S. D.

t VA carmina quæ paſſim apud nos incredibili omniũ admiratione legũtur, ĩãpridem me accenderunt vt in amicorũ tuo- *Exemplum epiſt. conciliatoriæ.*

rum numerum adſcribi vehementer ardere. Neque enim diuinam modo ingenij quãdã vim, verumetiam probitatem modeſtiamq; prę ſe ferũt. Incitauit me currentem (vt aiunt) Antonius, qui perſæpe mecũ & amãtiſſime & facundiſſime de tuis moribus collocutus, vltro etiã hortatus eſt, vt ad te ſcriberẽ: te eum eſſe, qui nõ ſolũ oblatas amicitias diligenter coleres, verumetiam ſponte tua ſoleas alios prouocare. In te quidem quũ omnia ſumma ac diuina ſuſpiciam de me nihil adfirmare poſſum, niſi hoc vnum, nempe traditurum me tibi hominem tui obſeruantiſſimum, parum quidem eruditum, eruditorum tamen cãdidiſſimum admiratorẽ, & prædicatorẽ ſimplicem: ſimulãdi ac diſſimulãdi iuxtà ignarum, & pertinaciſſimũ amicorum cultorẽ, re quidem parum beatum, ſed animo beatiſſimum, liberũ, apertũ, facilem, deniq; tui cupidiſſimũ. Hunc ſi tu viciſſim amplecti potes, vel ob hoc ipſum, q̃ te tam perdite amat, fac eũ in tuum gregem recipias. Quod ſi feceris, rem palmariã me hodie arbitrabor adſecutũ. Tu porrò vt cæteris rebus omnibus ſuperes, nõ committam vt amoris magnitudine tibi concedam. Vale, ac nos ama.

De amatoria præceptio.

Quò ſi puellæ animum ad mutuum amorem ſolicitabimus, duobus potiſſimum arietibus vtemur, laude, & miſericordia. Laude enim cũ omnes homines, tum puellæ in primis gaudẽt, potiſſimum autem à forma, in qua ſummum bonum conſtituunt: tum ab ætate, morib9, genere, cultu, & rebus conſimilib9. Deinde quòd molli ſit animo id genus, & facile ad miſericordiam cõmouetur, quam maxime, ſupplices videri ſtudebimus,

Quæ illius ſunt, vehementer amplificabim⁹, noſtra extenuabimus, aut certe ſumma cũ modeſtia proferem⁹. Summum amorem cum ſumma deſperatione coniunctum oſtendemus. Lamentabimur, nunc blandiemur, nunc deſperabimus, nũc rurſum nos ipſos callide laudabimus, pollicebimur, exemplis vtemur illuſtrium & honeſtarum mulierum, quæ ingenuo amori indulſerunt, & iuuenum ipſarum fortunis longe inferiorum. Amorem noſtrũ quàm honeſtiſſimũ conabimur oſtendere. Deniq; quàm poterimus verecũdiſſime orabimus vt ſic amantē redamare neutiquã dedignetur, ſaltē amari ſe citra incõmodũ æquo animo ferat: quod niſi impetremus, decretũ eſt apud nos quouis modo crudelem abrũpere vitã. Exẽplum huius præceptionis ab Ouidio cæteriſque poetis petunt, quibus ea res curæ eſt. Quanquam eſt genus amatoriarum epiſtolarum quod abeſt à nequitia, veluti quum adoleſcens probus probam ac bene educatam puellam ambit vxorem ducere. quanquam hoc quoque blanditias habet, habet lachrymas, querimonias, ſuſpiria, ſomnia, cæteraque non turpia quidem illa, ſed ineptiora tamẽ, & ad aliquam nequitiæ ſpeciem accedentia: quæ neſcio an expediat adoleſcentibus proponere. In his erit plus difficultatis, & vberior exercendi ingenij materia, quoties pauper diuitis, obſcurus claro genere natæ, deformis formoſæ nuptias ambit: denique quoties ſenex puellæ. Omnes hæ formæ quanquam ad genus ſuaſorium pertinent, tamẽ multũ admiſcetur ex genere demonſtratiuo, q; amor laude potiſſimũ concilietur. Hic ingenij fuerit excogitare rationes quibus ſe ipſum præ-

dicet aliquis citra ſpeciem arrogantiæ, aut ſtolidi tatis. Niſi perſonæ tales fingentur, vt hoc ipſum ſit affectãdum: qualis eſt apud Vergilium Corydon, apud Terentium Thraſo.

AMATORIAE SYLVA.

Cicero. VDI igitur me hoc ἀγοντἰυτως dicentem. Ne viuã mi Attice, ſi mihi nõ modo Tuſculanũ, vbi certe ſum libenter, ſed μακαρων νησοι tanti ſunt, vt ſine te ſim totos dies. Nihil eſt enim (mihi crede) virtute formoſi⁹, nihil pulchrius, nihil amabili⁹. Semper amaui, vt ſcis, M. Brutum, propter ei⁹ ſummum ingeniũ, ſuauiſſimos mores, ſingularem probitatem atq; conſtantiam: tamen Idibus Martij tãtum acceſſit ad amorem, vt mirarer locum fuiſſe augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? Tantũ acceſſit, vt mihi nũc deniq; amare videar, antea dilexiſſe.

Plinius. Lib. vj. epi. Nũquam ſum magis. Rurſum: Scribis de abſentia mea.

Angeli Politiani epiſtola lib. ix. Cum ſuperioribus diebus.

DE DEMONSTRATIVI GENERIS EPISTOLIS.

GENVS demonſtratiuum raro quidem per ſe adhibetur, frequenter autem in alijs generibus incidit. Exempli cauſa, ſi quem cõmendare nitimur, in perſonæ demonſtranda laude verſari neceſſe eſt. quod idẽ accidit in cõſolatione, petitione, exhortatiõe, admonitiõe. Preterea in criminatiõe, defenſiõe, inuectiua, & cõſimili-

bus generibus.Quod ſi cui ſuademus vt in aliam vrbem aut villam cõmigret,demonſtratione, ei⁹ loci faciem ante oculos ponim⁹. Quoties autem per ſe adhibetur,totum eſt ad delectationẽ accommodatum .Quare vt in pictura,ita in demõſtratione cõueniet adhibere ſermonis varietatẽ,verborum apparatũ, exornationũ feſtiuitatem agnominationes, membra,comparia,contraria,verba poetica. Si perſonã deſcribimus,vt regis,reginæ, principis,alteriuſve,eicui ea ſit ignota,rhetorum ſuper hac re notiſſimas pręceptiones ignorare nõ oportebit.In epiſtola ſatis erit,vult⁹ totiuſq; corporis habitũ,figurã,geſtum,motũq; tanq̃ pictura exprimere:deinde ad animi fortunęq; commoda veniemus.Quod ſatis luculenter à rhetoribus pręceptũ,neq; cognitu difficile,prudẽs prætereo. Si locũ quempiã deſcribimus,perinde ac ſi hominẽ manu in eum duceremus , primum tanq̃ procul intuenti vniuerſam loci faciẽ cogitationi ſubijciemus.Situm tanq̃ depingentes, deſcribemus. Nũ in edito an humili,an decliui.In plano an monte,nemoroſo,an ſecus.Quo flumine,mari,aut lacu alluatur, aut cingatur. Quantum paſſuum in longum,in latum,in ambitu contineat.Hic conſideratis cæli plagis, quem proſpectũ,quas vrbes, quos agros,quos montes,quæ nemora in vnamquanq; partem habeat. Quo ſole illuſtretur,quibus ventis tundatur, cui cæli portioni ſubiaceat, cuiuſmodi cælum habeat, ſalubre an peſtilens,amœnum,an ſecus exponemus.

Deſcriptio perſonæ.

Loci deſcriptio.

Deinde tanq̃ propi⁹ accedẽtes, ſingula accuratius oſtendem⁹: & vt quicq; adueniẽtibus ſeſe cõſueuit offerre,ita primum exponemus. Si villam

Vrbis & ædificij deſcriptio.

aut amplum ædificiũ demonſtrabimus, à primo ingreſſu exordiemur, cuiuſmodi atrium, quantũ, qua figura, quo lapide, quot habeat cubicula, & in quã partẽ vergentia, quem in quanq; partem habeat proſpectum. Deinde aream, veſtibulum, penetralia, cõclauia, triclinia, breuiter totum ædificiũ luſtrabimus, ſitũ cuiuſq; rei ſine confuſione exprimentes: vt is qui legit, cum locum videre ſe oculis putet. Si flumen aut lacus erit, q̃ amplum, quàm rapidũ, quo colore, vnde naſcatur, vnde augeatur, quà præterfluat, quò influat, diligẽter exponemus, quos ſinus faciat, quas inſulas, quos agros, quæ nemora irriget, quod piſcium genus, quæ piſcandi, ac nauigiorũ forma. Si ager erit, q̃d ferat, quantum, quo ritu colatur, cuiuſmodi cultores, quod arborũ gen9, cuiuſmodi vinũ ꝓferat. Si mons à radicibus vſq; ad cacumen, omnia diligenter perluſtrabimus: & ſi quid habeat nouum, prodigioſum, aut alioqui memorabile: qualis eſt apud Pomponiũ Melam deſcriptio mõtis Atlãtis, apud Plinium Aetnę. Ad hoc pertinet amphitheatrorũ, animantiũ, pomparũ, tabularumq; deſcriptio. Vocabulorũ idoneorum vim ex eorum libris qui de ſitu orbis Latine ſcripſerunt, quiq; de architectura, facile comparabimus. Et incidit hoc genus perſæpe quum peregrinantes ex itinere de nouis rebus tranſcribimus. Si quem locum inſignẽ, principem, nobilem, ſi quod animal inuſitatum vidimus, id his rationibus ſumma cũ legentis voluptate deſcribemus. Loci deſcribendi exemplum erit. Tuſculorum ac Laurentis apud Pliniũ, & regię Pſyches apud Apuleiũ, & aliàs deſcriptiones crebrę apud poëtas hiſtoricos: velu

Fluminis aut lacus deſcriptio.

Agrorum deſcriptio.

Mõtis deſcriptio.

ti domus Somni & Famæ apud Ouidiũ, CleopatreCyd no aduectę apud Plutarchũ: picturarum apud Philoſtratũ. Si genus hominũ deſcribimus, à corporũ deſcriptiõe exordiemur, deinde ad veſtium genus, ad animorũ habitus veniemus. Poſtremo viuendi ritum omnem ante oculos ponemus. In hoc demum genere ſiue laudemus, ſiue vituperem⁹, hypotypoſin, effictionẽ, imaginem & exornationẽ, quã notationẽ appellat Cicero, & ſi quod aliud ſchema, qđ ad energiã facit, ſcite adhibebim⁹. Itaq; de hoc genere hæc præcepiſſe ſat erit. Nã exẽplis ſingula demõſtrare perlongũ ſit, & vndecũq; magna vis exemplorũ ſuppetit.

DE IVDICIALIS GENERIS EPISTOLIS, ET PRIMVM DE CRIMINATORIA.

SI quem accuſare volemus, & cauſæ ſtatũ & cõfirmatiões, cõfutationeſq;, argumẽtãdi rationes, & quibus rẽ veriſimilem aut diſſimilẽ faciamus, quib⁹ exaggeremus, quibus extenuemus, ea omnia ẽ rhetorũ præceptis percepta habere conuenit. Neq; enim alio artificio ſcribitur epiſtola q̃ oratio. Tamen quoniã in epiſtola breuitas eſſe debet, & ſingulos locos perſequi non licet: ea quæ potiſſimũ ad rem ſpectãt, excerpemus, multa in ſuſpicione relinquemus. In criminatoria igitur epiſtola nonnunquam ab abrupto principio conueniet exordiri, quo ſtatim & noſtrum dolorem, & rei atrocitatẽ indicem⁹. Id erit ſi vel à conqueſtione, aut dubitatione, vel ab exclamatione, aut alioqui figurata oratione initium capiemus. quanquam idem apud iudices fieri vetãt rhetores. Deinde rẽ veriſimiliter nar

rabimus, argumentationes & amplificationes eidem breuitatis cauſa admiſcentes. Mox probabilibus argumentis rem docebimus. Poſtremo epilogum, aut aliquid epilogi loco ſubijciemus.

EXEMPLVM.

Pudet me, ita me deus amet, præfecte iuſtiſſime, de mei hoſpitis, tui ciuis, inſigni contumelia queri. Quid autē dixi contumeliam? Non occurrit vocabulū quo rem atrociſſimā ſatis digne explicē: neq; vlla tragœdia nephario ſceleri par inueniri poterit. Quod vbi acceperis, quæ tua eſt æquitas, innocētiaq;, & meæ conditionis miſereſcet, & ciuis tui vehemēter pudebit: ſi tamen eiuſ-

Narratio. modi nebulones ꝓ ciuibus tuis ſint habendi. E tēpeſtate illa omnium quas vel vidimus, vel audiuimus, ſæuiſſima, quæ pridie Id. Octobr. ſexaginta onerarias naues omni mercium genere refertiſſimas in mari Adriatico oppreſſit, Varus Saxonius inter multa hominum milia quæ naufragio ꝑiere, ſolus, aut certe cum perpaucis emerſit, homo omniū quos terra ſuſtinet, impijſſim⁹. Credo vel in meā perniciē à Neptuno mihi irato ſeruatum, vel certe ꝙ maris elementum peſtem talem ſub Tartara potius præcipitandam exhorruerit. Excepi hominem nudum, egentem, ſqualidum, confectum, ſeminecem. Cur, inquies, tale portentum in domum tuam vocabas? Irato Genio, dijs iratis, mente læua. Fateor. Neq; enim poſtulo vt hanc appelles humanitattem & miſericordiam. attamen vt hominē excepi. mouebat me hominis miſeranda cōditio, & eo magis, ꝙ ipſe eiuſmodi

Veriſimile. facit. calamitatis rudis non eſſem. Perpulit multorum cōmendatio: hortabatur patria: quā, tametſi mea

non eſt,tamen non ſecus ac meā ſemper ſum am plexus. Vincebar fucatiſſimi nebulonis mira quadā,ſed falſiſſima ſpecie ꝓbitatis,oratione,lachrymis,ipſa deniq; canitie. Hæc vel quanuis aſtutum hominem fallere poterant. Nunc quid ego cōmemorem quę mea fuerit in illum comitas,liberalitas,hoſpitalitas? In intimam familiaritatem admiſi demens. Omneis fortunas communes feci:familiam, & rem domeſticam eius manibus concredidi. Ita duos fermè menſes apud me eſt humaniſſime habit9. Hic ego dictum illud nimiū verum eſſe ſum expertus, Non minus eſſe periculū malis benefacere quàm bonis male. Nam ille bonus vir repēte ex hoſpite prædo,ex ſenefactus eſt ſtuprator. Cum famula domeſtica clàm rem habuit, ac grauidam mihi reliquit. Indignum facinus clamabis,ſcio. Sed mane:nondū tragœdiæ audiſti argumentum. Nam hactenus comœdia videri poteſt. Quum iam fœdiſſimā fugam cōſtituiſſet, ſacratiſſima ea nocte quæ Chriſto eſt natalis (vide vt ſcite ſceleris artifex temp9 delegerit) quum iam vxor cū reliqua familia eccleſiaſticis vigilijs operam daret,me pręter morē,& illo inſperante,domi relicto,eo ꝙ ſubito dolore correptus eſſem: iā intempeſta nocte in proximo filię cubiculo ſtrepitum audio neſcioquem, deinde ſtridorem tanquam ferro effringentis. Miror quid ſit. puerum excitum iubeo viſere. offendit hominem. Mentitur ſe ab vxore miſſum vt preculas quas filia reliquerat,adferat. Paulo poſt clariori etiam ſtrepitu exit. Poſt horā ferè vxor anhela domū accurrit. Percōtor quid nouæ rei ſit. ait filiā inter frequētem turbam è ſuo comitatu dilapſam nuſquam

apparere. Oborit̃ vtriq; certa ſuſpicio: mihi quidẽ è ſtrepitu, vxori vero multo amplius, ꝙ cum a liquoties antea furtim cum ea cõfabulantẽ compeꝛiſſet, tum ea nocte neſcio quid conſuſurrationis anĩaduerterat. Mihi quoq; tot res cõiecturã facere poterãt, niſi talpa cæcior fuiſſem. Pallebat mihi canus amator, macies vultũ obduxerat. At ego illum aqua maris, non igni ſenili pallere putabã. Cubiculum ingreſſi, ſcriniũ effractũ offendimus, arma relicta, ſublatum & veſtium & pecuniæ & annulorũ vt quicq; occurrerat furto fugæq; commodiſſimum. Quid facerem & ſpoliatus hoſpes, & plus quàm orb⁹ pater? Et nox & hyems, & ſolitudo vrbis, deniq; & ipſa diei religio prædoni fauebat. Hic animi mei curas facilius fuerit tibi ęſtimare, quàm mihi narrare. Ciues aliquot ægre contraho, exilio, percontor, veſtigo, audio vnà cũ puella conſpectum via quam obliquã vulgo nominant, ſuffarcinatũ, & admodũ properantem. Intelligo infœlix. Itum eſt ad portum quo ea ducit via, nihil inuenio præter ſcalmum vlteriori in ripa, in citeriori zonam, quę tumultuanti filię exciderat. Sedeo exanimatus. orta luce, quę mihi triſtiſſima lõge omniumq; funeſtiſſima illuxit, vbi res in vulgum emanauit, paſſim querelæ feruent. Ab alijs mutuum acceperat, alijs impoſuerat, ali⁹ ex illius conuictu aliquid deſyderabat: nemini nõ aliquid adſuerat mali. Sed quid me conſoletur? communis cum multis iniuria? Audio, ſed heu ſero audio huiuſmodi flagitia apud illum noua nõ eſſe. His artibus ita à puero fuiſſe exercitatum, his rudimentis cœpiſſe, vt ſeipſum nec ſenex quidem vnquam vincere potuerit. Nulla vnquam

honeſta venere delectatum, ne à cognatis quidem ſolitum abſtinere. Nihil vnq̃ ſacrum illi fuiſſe, hominem ſemp fuiſſe alieni appetẽtiſſimũ, ſuorũ profuſorem, ſimulandi ac diſſimulandi mirũ artificẽ. Quid enim ego hic optime vir, vel meam calamitatẽ, vel illius ſcelus verbis exaggerem? Rem vides, qua quid vnquam auditum eſt atrocius? Hoſpitiũ polluit, fidem perfide violauit, pro ſummis beneficijs ſummum maleficiũ reddidit. familiam perdidit, vernaculam per nephas illectã cõſtuprauit, ſcrinia compilauit, filiam puellam & vnicam rapuit, me nudũ, orbũ, ſenem reliquit, à quo fuerat nudus egenſq; recept9, Quid illi poſthac ſceleratũ videri poterit, quem neq; hoſpitij religio, neq; tanta in ipſum mea benignitas, neq; legum metus, neq; numinis vllius reuerentia, neq; ætatis pudor, aut canities, neq; tam ſacræ noctis pietas à tam nephario flagitio potuit dehortari? Quod portentum ſiquando in manus tuas inciderit, non orandus es vt meo nomine pœnas tua ſeueritas ſumat: ſed vt optimam patriam teterrima peſte liberet, quam funditus extingui, & deorum interſit, & hominum. Vale. Epilogus.

Quum hæc recognoſcerẽ, optime lector, manifeſto deprehendi me quum illa ſcriberem, quò libro vtcũq; abſoluto ſatisfacerem amico parum amico, quicquid veniebat in buccã, chartis illeuiſſe. Alioqui nihil erat negotij aliud argumẽtũ excogitare epiſtolis accommodatius. Dicet aliquis, quid epiſtolę cum tribunalibus? Imò frequẽter & hoc genus incidit, veluti quum noſtrã aut amici famã purgamus, & tuemur aduerſus obtrectatorũ calũnias, nõnũq̃ recriminãtes eos qui crimen

impingunt. Nonne D. Hieronymus quum à ſe depellit intentatam ſtupri cum Paula ſuſpicionẽ, totus verſatur in coniecturalibus argumentis, & locum communem tractat à quæſtionibus? Sed quoniam de nullo genere diligentius præceptum eſt ab artis ſcriptoribus, & hoc nõ admodum accommodum eſt pueris exercẽdis, quibus hoc qcquid eſt operis, potiſſimum paratur, pergem⁹ ad alia, quæ magis congruunt huic inſtituto.

DE EXPOSTVLATORIA EPISTOLA.

EXPOSTVLATIO inter amicos ſæpe fieri ſolet, quoties officiũ eorũ requirim⁹. Ea ne quid amicitiam exaſperet, mitigãda eſt vel laude, vel ioco, vel diſſimulatione: niſi talis erit cui ſcribimus, vt apud illum nihil non liceat. Ipſam quidem rem damnabimus, ſed voluntatem quantũ licebit excuſabimus. Mirari nos dicemus quid in cauſa fuerit: quiduis ſuſpicari malle, quàm illum ab officio ceſſaſſe.

EXEMPLVM.

Centenas iam ad te literas dedi, tu ne vnas quidẽ reddidiſti. quid coniectẽ? quid diuinem? Viuere te? an ſepultum eſſe? Sed viuere, atq; etiam valere, nuper mihi gener tuus nunciauit. Quonam vetus ille tu⁹ in me anim⁹ euanuit? Ita ne potuit ob diuturnã abſentiã Guilielmo Lucius excidere? Potuit ne illa tã vehemẽs flamma lãgueſcere? Potuit extingui tantũ amoris incendium? Et quò noſtri tibi cura receſſit? Ego mirũ eſt dictu quãto tui deſiderio macerer: & tu fortaſſis noſtri ſecur⁹, nouis amoribus te oblectas. Ne mihi veteres illas excuſationes protuleris, Non fuit ocium, non

erat tabellarij copia. Quænam iſta tam importuna negotia, vt nec ſemihoram amico operã dare non ſinant? Atq; hoc ſaltem ſcribe, Diſtineor occupatione, nõ licet ſcribere. Vale. An me planè vacuum credis? Quot noctes iucundis ſuſurris conſumpſimus: & nũc tantulum ſomni defraudare, dum vnum aut alterum verſiculũ amico ſcribas, piget? An vero tot iam mẽſib⁹ nemo vnquã oblatus eſt cui literas committeres, præſertim familiares? Nemo cui aliquid mandares, per quem me ſaluere iuberes? Omnes iſthuc abeunt, iſthinc nemo emergit? Sed audio te nuper noua dignitate auctũ fortaſſis ſuperbior nobis es factus, poſtquã eſſe cœpiſti pecunioſior. Quod ſi cõmodo tuo fit, modeſtius ſilentium feram tuũ. Sin vel obliuione noſtri, vel aliquo incõmodo deten[illegible] grauiter, vt par eſt, patiar. At ego q[illegible] malo, quã te officio tuo functũ non eſſe. V[illegible] tamẽ res eſt, fac me hoc ſcrupulo quàm primum leues. Nolim hac in re te cauſam habere nimium bonam. Malo iure queſtus de te videri, quàm tibi valetudinem aduerſam ſilentij cauſam fuiſſe.

ALIVD EXEMPLVM.

Hem iſti mandes, ſi quid rectè curatũ velis? Tene ita dormitaſſe in rebus amici tam ſerijs? Sed ego tibi nõ ſuccenſeo, mihi ſuccenſeo, qui tibi mea curanda mãdarim, nõ ignarus quàm in tuis ipſi⁹ negotijs ſoleas eſſe indiligens.

ALIVD EXEMPLVM.

Librũ relegẽs, quum tot mẽdas offenderem, eaſq; non contemnendas, mi Scriboni, non potui nõ deſyderare in te fidem illam, & vetere noſtra neceſſitudie, & tuis pollicitis, & mea de te fi-

ducia dignam. Magnifice receperas, & ego maius quiddam expectabam, quàm tu pollicebaris. Vt id ſperarem, fecit iſta tua modeſtia, tuiq́ mores ab omni fuco leuitatéque viſi ſemper alieniſſimi. Quur hic tui diſſimilis fueris, magnopere demiror, niſi, quod res ipſa clamitat, non vulgariter abs te ceſſatum eſſe. Neque enim potes in alium reijcere culpam, quum in hoc præfectus ſis edendo operi, ne liceret alijs operis deprauare librum. Atqui nulla in re magis erat præſtandũ officium amico. Si nullo ſalario, aut iniquo prouinciã ſuſcepiſſes, tamen amici cauſa par erat aduigilare, cuius famæ periculo eras ceſſaturus. Si parum apud te ponderis habebat amicitiæ noſtræ ratio, tamen hoc officij ſtudioſis omnib⁹ largiri conueniebat, quorum vtilitati parabatur opus. Nunc quum larga etiam mercede typographus penſet operam tuam, quum ſcires hoc amici nõ vulgaris ſummopere referre: quũ non ignorares eſſe boni viri, vel gratis de bonis literis atq́ harum cultoribus bene mereri: non poſſum ſatis admirari quòd in re tanta tantopere ſit dormitatum. Qui literas tractat, rem tractat non modo publicam, verum etiam ſacram. Non poteſt eſſe leue commiſſum, quo lędũtur tã multi: & quod alijs in rebus incuriæ nomine damnatur, hic impietas eſt. Iniquum eſt nõ ei⁹ fatiſfacere animo, à quo mercedẽ plus quã æquã accipis. Inhumanũ, negligere famam amici: infidum, nõ præſtare quod promiſeris: impium, oſcitanter agere in negotio Muſarum. Vide igitur mi Scriboni quot modis abs te peccatum eſt. Sed hæc nobis ſera eſt quærela, tantũ obteſtor per omnia quæ tibi ſancta ſunt, vt quod hic admiſſum

eſt incogitantia,in cæteris cura diligentiáq; pen‑ſetur.

EXPOSTVLATORIAE SYLVA.

EPISTOL. famil.lib.quinto.Si vales, bene eſt. Cicero.

Libro quinto epiſto. Præpoſteros habes ta‑bellarios.

Sed abs te ipſo,qui me accuſas, vna ſcito mihi literas redditas eſſe:cũ & otij ad ſcribẽdum plus, & facultatem dandi maiorem habueris. Ad Atticũ.

Tu velim ad nos ſæpe ſcribas. Si rem nullã ha‑bebis:quod in buccam venerit,ſcribito.

Tu mihi,etiam ſi nihil erit quod ſcribas(quod fore ita video)tamẽ id ipſũ ſcribas velim,te nihil habuiſſe quod ſcriberes,dummodo ne his verbis,

Verberaui te cogitationis tacito duntaxat cõui‑tio.Quod faſciculus alter ad me iam ſine tuis lite‑ris perlatus eſt,nõ potes effugere hui⁹ culpæ pœ‑nam,te patrono.Marcus eſt adhibendus, iſq; diu & multis lucubrationibus cõmẽtata oratione vi‑de vt probare poſſit te non peccaſſe. Cicero.

Non poſſum te negligentię nõ accuſare,qui tã‑ta de re,tam breuiter,tam indiligenter ſcripſeris.

Aut deſidioſus,aut vehemẽter diſtentus ſis ne‑ceſſe eſt,qui in tam copioſo argumento epiſtolæ tuæ breuis ſis.

Brutianum laconiſmum mihi tibi propoſuiſſe videris,qui epiſtolã vix tribus verſib⁹ ſcripſeris.

Vix adduci poſſum,quod mihi de te ab autho‑ribus alioquì minime vanis adfertur.Eſt enim & à mea de te exiſtimatione,vt à tuis moribus pri‑ſtinis longe alienum.

Is ne vt nos tanta impenſa derideat? Plinius

Lib.j.epiſt.Olim nullas mihi epiſtolas. tota.

Lib.ij.epiſto.Iraſcor.tota.

Lib.j.expoſtulationis iocoſæ exemplum, tota epiſtola cuius initium: Heus tu promittis.

Politianus. Lib.vj.epiſto. Ex literis & ſermone multorum. Eodem lib.epiſtola, Dederam commodum.

EXPOSTVLATIO MEA.

ANTONIVS tibi diẽ dicit, & ſponſorem appellat. Non enim pręſtas quod receperas, te frequenter ad ſe ſcripturum.

Ego vero tibi vehemẽter etiã iraſcerer, qui toties tam accurate monitus à nobis, non auſcultaris, niſi parum eſſe humanum iraſci calamitoſo.

Arcanũ quod nuper tibi cõmiſi, vt pote ei quẽ nihil vnquam celare ſolebam, id audio iam prolatum in lucem, quotidie ad plures ſerpere. Te rumoris huius authorem eſſe neceſſe eſt, quãdò ipſe mihi ſum cõſcius, nemini illud præter te vnum mortalium cõmunicaſſe. Quod ſi falſò eſt mihi obnũciatũ, eſt quod vehementer gaudeã. Malim enim in illis vanitatem accuſare, quã in te amici fidem deſyderare. ſin vere, haud te dignum feciſti. Quid enim tam perfidum, quàm amicorum arcana prodere? Res eſt non tam expoſtulatione, quã acri reprehenſione digna. Sed nondũ de tua fide diffido. Tu fac hoc ſcrupulo me quamprimũ leues.

Charior mihi es, quàm vt tibi poſſim iraſci. Sed tamen vehemẽter & miror & doleo, quòd cõtẽpto meo cõſilio, & fideli, & ſalutari, in tantã turbam teipſum conieceris.

Tãtus in te meus amor, vt nulla exhauriri poſſit iniuria, ſed tamen nõ cõmoueri non poſſum.

Abſolui non potes, ne Cicerone quidem pa-

trono in culpa tam manifeſta. Vbinã ſunt tui faſciſculi literarum, vbi ſarcinę ingẽtes, quas tu mihi abeũti promiſeras, homo omnium qui viuunt vaniſſime? at nunc iſthinc adfertur nihil.

Hæc ad te ſcripſi liberius, fretus cõſcientia officij mei, beneuolentiaq́ quam à me certo iudicio ſuſceptam, quo ad tu voles conſeruabo. Mitigatio expoſtulationis.

DE PVRGATIONE.

Expoſtulationẽ purgatione diluimus, ita vt nos ea expoſtulatione non modo nihil offenſos, verum etiã vehemẽter delectatos oſtẽdamus. Deinde ſuſpicionem obiectã grauiter abominabimur. Poſtremo rationes quã maxime probabiles, quibus eam purgemus, proferẽdæ ſunt. Quanq̃ huic generi mire vario vix vlla certa ratio præſcribi poteſt. Ex re, ex tempore, ex perſonis conſilium ſumamus oportet.

EXEMPLVM.

Non tam moleſtum fuit me abs te immerentẽ accuſari q̃ iucũdum, officium meum requiri. Eſt eni immodici amoris argumẽtũ, temere de amico ſuſpicari. Quãq̃ tu meũ tã diuturnũ ſilentium non ſine cauſa miraris. Hic enim mẽſis eſt propẽ dicemus, ex quo nihil ad te literarum dedi. Sed dij prohibeant quæ tu ſcribis, vt Lucius Guillielmi obliuiſci vnquam poſſit. Vnq̃ ne Guillielmi poſſit Lucius nõ meminiſſe? Egóne nouis me oblectem amoribus? Egone ſucceſſibus rerum elatus, te minoris faciam? Quaſi vero vlla mihi fortuna ſine te dulcis aut fuerit vnquã, aut eſſe poſſit. Caue vero credas vlla negotia tanti apud me eſſe, quæ nõ facilẽ poſthabeam ſiquando ad te ſcribendum erit. Cur igitur (inquies) nihil adfertur ſcriptorũ? Au-

dies. Scripſeram bis, primum per Stilbontem affi nem tuum Idibus Maijs: deĩde per ſocerum meũ Petronium Calendis Iulijs. Priores quidẽ tibi nõ eſſe redditas ſcio. Ait enim reuerſus Stilbon, ſibi eas in itinere excidiſſe, ideóq; veritum te cõuenire. Socer quum iſtuc iter inſtituiſſet, conſilium in profectione mutauit. Poſt hos nemo mihi contigit cui recte cõmitterem. Ne tuas quidẽ omnes accepi. Cæterum hoc tibi etiam atq; etiam perſuadeas velim, neminẽ viuere aut tui amantiorẽ, aut æque memorem. Siue ſcripſero, ſiue non ſcripſero, Vale.

Hoc in genere, quoniã frequenter incidit inter amicos, varijs thematis exerceri conueniet. Expoſtulatur enim cum amicis, quòd in officio ſcribendi ceſſauerint, quòd mandata non peregerint, aut ſerius ſecus ve peregerit q̃ oportuit, quòd per incogitantiam aliquid effutiuerint quod præſtiterat tacuiſſe, quòd partius aut neglectius ſcripſerint, aut acerbius: quod in re ſeria non conſuluerint amicũ, quem nõ oportebat quidq̃ ignorare: quod de animo amici parũ magnifice ſenſiſſe viſi ſint: qui quum egerent ope, diſſimularint. Hoc genus minimũ abeſt à monitione, quę obiurgationẽ habet. Huic finitimũ eſt illud, quoties querimur apud alios de quopiam.

PVRGATORIAE SYLVA.

Cice. epi ſto. familia. SI ESSET in ijs fides, in quibus eſſe debebat, non laboraremus.

Lib. iij. epiſto. Et ſi quantum ex literis.

Quod ſi rarius fiet quàm tu expectabis, id erit cauſę, quod nõ eius generis meæ literæ ſunt, vt eas audeã temere committere. Quoties mihi certo-

rum hominum poteſtas erit, quibus recte dem, non prætermittam.

Sed tamen ſignificatur in tuis literis ſuſpicio quædam & dubitatio tua de qua alienum tempus eſt mihi tecum expoſtulandi, purgandi autẽ mei neceſſarium.

Quærerer tecum, atq; expoſtularẽ, niſi (vt ſupra ſcripſi) purgare me tibi hoc tuo tẽpore, q̃ accuſare te malem, idq; putarem eſſe rectiꝰ. Itaque nihil de te, quod credideris de me: quã ob rem nõ debueris credere, pauca dicam.

Nõ obliuione amicitiæ noſtræ, neq; intermiſſione cõſuetudinis meę, ſuperioribus temporibus ad te nullas literas miſi, ſed quod priora tempora in ruinis Reip. noſtriſq; iacuerunt: poſteriora autem me a ſcribẽdo tuis iniuſtiſſimis atq; acerbiſſimis incommodis retardarunt.

Peto à te, ne me putes obliuione tui rarius ad te ſcribere q̃ ſolebam, ſed vt grauitate valetudinis, qua tamẽ iam paululũ videor leuari, aut quod abſim ab vrbe.

Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe, q̃ velles: quod tibi ita videri putabo, niſi mihi longiorẽ remiſeris. Ego ſi quæ volo, expediero, breui tempore te, vt ſpero, videbo.

Quapropter eo animo ſimꝰ inter nos, quo ſemper fuimꝰ. quod de te ſperare, de me p̃ſtare poſſũ.

Lib. ij. epi. Quanq̃ me nomine.

Lib. v. epi. Si tu exercituſq; valetis: tota.

Lib. xij. epi. Itáne præter litigatores.

Lib. xiij. epi. Quum antea capiebam.

Sed eſt quod abs te mihi ignoſci peruelim. Cicero ad Atticum.

Abs te peto, vt mihi hoc ignoſcas, & me exiſtimes

humanitate eſſe prohibitũ, ne contra amici ſummam exiſtimationem miſerrimo eius tẽpore venirem, cum is omnia ſua ſtudia & officia in me cõtuliſſet, Quòd ſi voles in me eſſe durior, ambitionem mihi putabis obſtitiſſe. Ego autem arbitror, etiã ſi id ſit, mihi ignoſcendũ eſſe. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή.

Non committam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis.

Tu modo videto in tanto otio vt par in hoc mihi ſis.

Nimium raro nobis abs te literæ afferuntur, cum & multo tu faciliꝰ reperias qui Romã proficiſcantur, q̃ ego qui Athenas: & certius tibi ſit me eſſe Romæ, quàm mihi te Athenis. Itaq; propter hanc dubitationem meam breuior hæc ipſa epiſtola eſt.

Ideo ſum breuior, quòd, vt ſpero, coràm breui conferre quæ volumus licebit.

Si forte rarius tibi à me, q̃ à cæteris literæ redduntur, peto à te vt id nõ modo non negligentiæ meæ, ſed ne occupationi quidem tribuas. quæ etſi ſumma eſt, tamen nulla eſſe poteſt tanta vt interrumpat iter amoris noſtri, & officij mei.

Quare voluntatis meę me nũq̃ pœnitebit, cõſilij pœnitet.

Ex lib. ad Brutum, tota, Clodius Trib. pleb.

Plinius. Meæ obiurgationes fuerunt amoris pleniſſimæ, ſed vereor ne hoc quod infectum eſt, ſerpat longius.

De literarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor.

Excuſatio prolixioris epiſtolæ. Longius me prouexit dulcedo quædã tecum loquendi, ſed iam finem faciam, ne modum, quem

etiã orationi adhibendũ puto, in epiſtola excedã.

Lib.ix.epi.Facis iucunde.totã

Habes epiſtolam, ſi modum epiſtolæ cogites li bris quos legiſti, non minorem. Sed imputabis ti bi, qui contentus libris non fuiſti. Excuſatio tarioris ac breuioris epiſtolę. Excu. prolixioris epiſtolæ.

Lib.epi.Quod ad te iam diu.

Lib.iij.epi.Salue Politiane mi. Politianus.

Lib.iij epi.Vtinam quas circa medium.

Lib.iiij.epi.Neq; deſidiæ meæ.

Lib.v.epi.Quanto tu erga.

Eodem,epi.Non tu noua.

Eodem,epi.Herculem me vocas.

Lib.viij.epi.Non cauſam dico.

Lib.ix.epi.Grate mihi omnino.

Lib.xij.epi.Offendit vt video.

PVRGATIO, MEA.

SCIO te quæ facis, optimo animo facere. Quid enim mihi exploratius eſſe poteſt quàm anim⁹ tuus erga me? Sed tamẽ vt ingenue dicã quod ſentio, videris mihi quædam facere, non auſim dicere in conſultius, vir omniũ prudentiſſimus: non dicã inimice, vir ſynceriſſimæ fidei: ſed tamen parum circunſpecte.

Non dubito quin iſta facias amico animo, ſed tamen mihi gratulor, inimicis meis nõ eſſe tantũ ingenij ad lædendum.

Ais te feciſſe amico animo, ſed mea quid refert vtrum me amice iugules, an inimice?

Libet ex vniuerſo hominum contubernio in extremas fugere ſolitudines, quoties iſtorum linguaciſſimorum hominum mores in mentem veniunt, qui ad hoc vnum ſe natos arbitrantur, vt alienam innocentiam ſua putida mẽdaciq; lingua

contaminent.

Quòd ſi toties ſim tibi literis purgandus, quoties illi falſò inſimulabunt: & ego ſcribendo, & tu legendo defatigaberis.

Quid ego iſtis maledicentiſſimis nebulonibus, qui noſtræ beueuolentiæ inuident, ac ſemper aliqua comminiſcuntur, quo eam vel extingant, vel diminuant, imprecer, niſi vt penitus obmuteſcat?

Quòd mandata tua ita vt tu iuſſeras, & ego receperam, nondum peregi: facultas mihi hactenus defuit, non voluntas.

Literis conſequi nequeam quàm vehementer meis negotijs, vel potius fatis indigner, quorum culpa nondum neq; meo ſtudio, neq; tuis votis licuit ſatiſfacere.

Et ipſe mallem, & tu promeritus es vt officio potius q̃ purgatione apud te vterer, niſi vtriq; noſtrum fortuna mea inuideret.

In hoc tibi Iouem lapidem iurare nõ dubitem, me inſciente iſta facta omnia.

Tibi quidem fama publica refragatur, verum ego vel ſacramento contendebam, abs te rem tam illepidam profectam non eſſe.

Sancte tibi deiero, vel iuranti crede.

Credulitas enim error eſt magis, quàm culpa, & quidem in optimi cuiuſq; mentem facillime irrepit.

AD PVRGATIONEM RESPONSIO.

P OLITIANVS libr. ij. epiſt. Et ſi literarũ tuarũ. Libro xij. epiſtola. Literas accepi tuas. Eodem, epiſto. Tu vero.

Tantum mihi dolorem cruciatúmq; attulerũt errata ætatis meæ, vt non ſolum animus à factis,

ſed aures q uoq; à commemoratione abhorreant.

Et ſi iuſta & idonea vſus es ex excuſatione inter miſſionis literarum tuarum, tamen id ne ſæpius facias, rogo.

Quare quum in primis tuas deſyderem literas, noli committere vt excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quàm aſſiduitate literarum.

AD PVRGATIONEM RESPONSIO MEA.

ANTEA tibi nõnihil iraſcebar, nunc ſum vehementer iratus: nec iniuria. Hæc tua tam diligens purgatio effecit vt videaris aut parum noſſe meũ ingenium, aut certe de amiciſſimo homine non amiciſſime ſentire.

Offenſum me ſuſpicaris, quòd de vocula neſcio qua in meis ſcriptis fueris cauillatus.

Egóne tam ferox ſim, vt id ab amico moleſte feram, quod ſi faciat æmulorũ quiſpiam, non iniuria, ſed officio me affectum putem?

Tu vero vel omnia mea ſcripta me amico reprehendas licebit.

Cæteri quos purgas, debent mihi probati eſſe, ſi ſibi ſunt.

Nihil eſt quod vereare. ego enim ne pilo quidẽ minus te amabo. Hac de re, vt ſoles, ſcribe fraterne.

Ad hoc genus pertinent omnes illæ mitigationes quibus excludimus ſuſpicionem vel arrogantiæ, vel odij, vel ſæuitiæ, vel cuiuſcunq; rei quæ videbatur offenſura. Quum præpoſtero ordine reſpõdemus, cõueniet illud ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς, quo vſus eſt Cicero ad Atticum.

Sed quid ago? penè oblitus eram me epiſtolam ſcribere.

leribus pollutam intra te geſtare cogeris, eandem ingratitudinis tuæ & teſtem, & carnificẽ. Dic mihi ſceleſtiſſime ſenex, nunquámne tibi ſuccurrit q̃ ſupplex apud me ambieris vt vel aliqua ex parte apud me hæreres, vt aliquid tibi mearum literarũ impartirem? Peream ni meipſum tui pudet, quoties oris tui ſpeciem illam arte ſceleratiſſima compoſitam, cogitationis oculis intueor. Te hominẽ canum, rugoſum, tantum blanditiarũ, lachrymas etiam effudiſſe? Me quidẽ referre pudet. At quorſum attinet narrare memori? Narret tibi conſcientia quæ feceris, quæ dixeris, quæ promiſeris, quæ iuraueris. Vltro benign⁹ obtuli, quod homo alioqui impudentiſſimus ne petere quidem audebas. Scis poſt ipſe quàm fraterno ſum te animo cõplexus, quantũ laborum vigiliarũmq́ tua cauſa ſuſceperim. Ego meis poſthabitis rebus aſinum ad lyram duxi. In eo docendo, (ſi dijs placet) tãtum menſium triui demens. Dic mihi omnium quos ſol videt ingratiſſime, quis iſtos mores vel vnum diem pati poſſet? Quis iſtud os vel quantauis mercede videre ſuſtinuiſſet? Iam nunc animo meo ingens oboritur nauſea, & tibi oboriretur, ſi faciem iſtam monſtroſiſſimam meis oculis videre poſſes. Sedebas puer pulchellus, bos ad palæſtram exercendus, & me præceptorem oculis illis refugis ac ferinis per hirta canáque ſupercilia intuebare, defluente interim in caneſcentẽ barbam ſaliua. Adde intractabile ſpinoſũmque ingeniũ, caput plus quàm marmoreũ, ſenſum ſtupidũ. Ego iſta, quæ ne ipſe quidem interdum ferre poteras, ſcis quàm patienter tulerim, deuorarim, decoxerim. Quid à me præteritum eſt quo tarditatem tuã vincerem?

Audes inficiari homo frontis perfrictæ? Teſtabũtur laborum meorũ apud te monumenta. Nõ rubore perfunderis quoties librũ à me multis ſudoribus euigilatum intueris? Non exhorreſcis? nõ te ipſum refugis ſiquando ad te redis, id eſt, ſiquãdo ab iſta phreneſi paululum reſipiſcis? Tu hominẽ ſic de te meritũ non amare, nõ venerari potes? Tu putida iſta lingua inſectaris, cuius tu linguã tam officioſam es expertus? Quid ego hic te tibi oſtendam? Scis quod virus, quã fœditatẽ ex iſta cõtaminatiſſimi pectoris tui cloaca euomueris. Quum omnis ĩgratitudo ſit execrabilis, nulla tamẽ deteſtabilior, q̃ in præceptorem. Qui ſi parum officioſus fuiſſem, tamen tuũ erat, vt parentis, ita præceptoris vitia vel tegere, vel cõmode interpretari. Nunc talem ipſe fuiſſe fateris, vt nunquã ſis parem habiturꝰ: & pro officijs ea reponis ĩgratiſſime, quę hoſtis non faceret hoſti. Philippus rex Macedonum duci cuidã, qui poſſeſſionẽ eiꝰ à quo naufragꝰ fuerat humaniſſime exceptus, à rege flagitatam acceperat, frontem ferro candẽti hoc elogio inſignijt, Hoſpes ingratus. An non tu dignior es cuius fronti cauterio titulus hic inuratur, Diſcipulus ingratus? Sanctius eſt præceptoris nomen, q̃ hoſpitis. Et ſceleratius inceſſere famam, quàm eripere prædium. Promittis ſatiſfactionem, ſi redeam: minitaris atrociora, ſi non redeam. Quid inſanius? Nunc tibi prædicor omnium eruditiſſimus: rurſus eodẽ ore prædicor omnium qui viuunt indoctiſſimus. Quid delirius? Hæc an non palàm arguũt inſignẽ animi tui peruerſitatem, qui ſciens, dataque opera peſſime facias illi, q̃ tibi fecit optime? Et audes iſtis cum factis ſolem intueri? Audes in hominum

venire cœtus? Audes in tēplis ad aras ſacras iſtas manus, iſtos oculos oſtendere? Audes iſta viperea lingua, quam in hominem beneficentiſſimum toties vibraſti, p̄cari ſuperos ingratitudinis vltores? Num tu ſuperos aut inferos vllos eſſe credis? Sed ego exprobrandi finem faciam, quum tu laceſſendi finem facias nullum. Vale vt mereris.

EXPROBRATORIAE SYLVA.

HVIVS generis exemplum erit illa Ciceronis ad Octauium, cuius initium eſt: Si per tuas legiones &c. Et illa Hieronymi ad Iulianū. Apud Ouidium item Medeæ epiſtola ad Iaſonem.

Epiſto. famil. lib. v. Et ſi ſtatueram.

EXPROBRATIO, MEA.

QVANTO aliā pro meis in te officijs abs te gratiā expectabam, indignor nō tibi, qui es omniū ingratiſſim⁹: ſed mihi ipſi, qui hominē ingratum & improbum deuinxerim.

Ego ea quæ ne ſperare quidem vnquam es auſus, in te contuli.

Ego te nihil promeritum officijs cumulaui: tu me ſic meritum contumelijs oneras?

Deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.

DE EPISTOLA INVECTIVA.

INVECTIVARVM ſcribēdarū artificium, partī ex demōſtratiuo genere ſumi;tur, partī ē iudiciali. Nā in hoīs vituperio verſari neceſſe eſt, in quo notatiōib⁹ frequētib⁹ vtimur. Præterea & obiecta diluim⁹, & fortiter regerim⁹ crimina: qđ ad iudiciale gen⁹ p̄tinet. Et à rhetoribus didiciſſe debem⁹. Nos ſolū hic admonen-

ſumus exercitati, veremur ne hui⁹ ſcripti artificio parum poſſimus ſatiſfacere. Atq; vtinã liceat ſem per eſſe rudem. Neque vero nos hic artem maledicendi docere volumus: tametſi nihil eſt vitij telum habere paratum quo te defendas ſi quis improbe laceſſiuerit: nec ad hanc rem non admodũ ſit opus arte, quum nulli ferè non ſint ad maledicendum diſerti.

INVECTIVAE SYLVA.

Politianus lib. xij. epi. Herculem factitium.
Item epiſtola: Vtrum pugnantia.

Literas tuas legimus ſimillimas edicti tui, contumelioſas, minaces, minime dignas quæ à te nobis mitterentur. Cicero.

DE DEPRECATORIA EPISTOLA.

NVNC ad deprecationem tranſeamus. Deprecamur quum culpam manifeſtam fatemur, & tamen ignoſci vel nobis vel alijs oramus. Hic ſupplices erimus: culpã ingenue fatebimur. Extenuabimus poſtea vel ab imprudẽtia, vel ab ętate, vel hic quòd nũc primũ deliquit, vel ab ipſo commiſſi genere: ſolidã culpæ partem in alios transferem⁹. Eum qui peccauit, ſic affligi pudore, metu, pœnitentiáq; dicemus, vt dignus ſit miſericordia. Eius quem placare conamur, clementiã laudabimus, & implorabimus. Spem melioris vitæ oſtẽdemus. Eam ex illius indole per ſe proba, alijsq; eius qui peccauit benefactis reddemus probabilem. Sic enim agit ſuorum nepotum cauſam apud Terentium Mitio. Interponemus authoritatẽ, & pro recõciliando fideiubebimus.

EXEMPLVM.

Lachrymas excuſſit mihi filius tuus, adoleſcẽs

non tam deſperandus, quàm inſtituendus. Venit
ad me macie & ſqualore cõfectus. Rogo quid ha
beret. Stati lachrymę obortę, ſingulatim vix nar-
rat periſſe ſe, quod patrem optimum amiſerit ſua
ſtultitia. Rogo quid flagitij. Fatetur ſe ſortẽ quã
ad negotium acceperat, in amicam aſſumpſiſſe: te
offenſum, animum paternum abieciſſe. Aduolutꝰ
eſt genibus meis, fleuit, promiſit omnia ſe digna.
Quid multa? fecit mihi pœnitentiæ fidem. Confi-
do hoc malo edoctum poſthac diligentiorem fu-
turũ. Quare quando ille ad ſe redijt, te quoque in
patrem redire conuenit. Satis iam graues huiꝰ fla
gitij pœnas luit: ita grauiter fert irã tuã, vt pror-
ſus hanc lucem cupiat effugere, niſi in gratiã re-
cipiatur. Ego illũ obiurgaui acerrime. Quid mul-
ta? ipſe ſi vidiſſes, nec iratus lachrymas tenere po-
tuiſſes. Quod reliquum eſt, clementer corrigi po
teſt. immodica ſeueritate ne frangatur animꝰ im-
becillis, cauendũ eſt. Ne commiſeris vt te grauius
in poſterum pœniteat tuæ ſæuitiæ, quã illũ nunc
pœnitet ſuæ incogitãtiæ. Ignoſce vel ætati. Puer
eſt, rerum imperitus, ab improbis conuictoribus
impulſus eſt: lapſus eſt, & quidem nunc primum:
culpam fatetur, orat, pollicetur, noxæ dedit ſeſe.
Quid quęris amplius pater à filio? Cogita & illũ
puerũ eſſe, & te fuiſſe: atq; ita quod pater es, vte-
re, vt memineris te hominem eſſe, & hominis pa
trem. Nunquàm ne tu iſta ętate lapſus es? Nũquã
commiſiſti quam ob rem pater tibi iure debuerit
iraſci? non dubito quin cõmiſeris, & fortaſſe gra-
uiora. Hoc merito vulgo iacitur in nos, quod obli-
ti quales ipſe fuerimus olim pueri, filios nr̃os volu
mꝰ illico naſci ſenes. Hæc inter nos tuto ac libere

loqui licet. Multis ꝓfuit etiã lapſos eſſe. Erit poſt hac hoc malo doctus, cautior. Habebis filiũ, ſi huius delicti gratiam feceris, addictiorẽ: & hũc puerilem errorem officijs abunde penſabit. Amat ac veretur vnice patrem. indolis eſt probę, pudicum ingenium, animus minime ſtupidus. Multa in eo ſigna video quæ mihi certam ſpem faciunt illum poſthac talem futurum, qualem vterq; volumus. Adoleſcẽtem igitur tibi in manus reſtituo: totam cauſam ad me recipio: pro illo fideiuſſorẽ me conſtituo, quod ſi noxã addiderit, vtrunque abdices licebit, & filium, & amicum. Vale.

ALTERVM EXEMPLVM EX CICERONE.

Si quid in te peccaui, ac potius quoniã peccaui, ignoſce. In me enĩ ipſum peccaui vehemẽti⁹. Nunquam putaui fore vt ſupplex ad te venirem, ſed mehercule fecilẽ patior datum tempus in quo amorẽ experirer tuũ. Amabo te, da mihi & hoc: obliuiſcere mea cauſa illũ aliquando ſuo familiari, aduerſario tuo voluiſſe conſultũ. hoc ignoſcere, eſt humanitatis tuæ. Volo te, quũ fortiſſimus ſis vir cognitus, etiã clementiſſimũ exiſtimari. Magno erit tibi ornamento, nobiliſſimum adoleſcentem tuo beneficio eſſe ſaluum.

ALIVD EXEMPLVM EX EPISTOLIS PLINII.

Caſtigabat quidã filiũ ſuum, quod paulo ſumptuoſius equos & canes emeret. Huic ego, iuuene digreſſo, heus tu, nunquãne feciſti quod à patre corripi poſſet? Feciſti dico, nõ interdũ facis, quod filius tuus, ſi repente pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendat? Non omnes homines aliquo

errore ducuntur? Non hic in illo ſibi, in hoc alius indulget? Hæc tibi, admonit⁹ immodicę ſeueritatis exemplo, pro amore mutuo ſcripſi, nequando tu quoq; filium tuum acerbius duriuſq; tractares. Cogita & illum puerum eſſe, & te fuiſſe: atq; ita hoc, quod es pater, vtere, vt memineris hominē te eſſe, & hominis patrem. Vale.

DEPRECATORIAE SYLVA.

Cice. epiſto. familia.

Tuas inimicitias vt reip. donares, te viciſti: alienas vt contra remp. confirmes, adduceris.

Hec ſylua pertinet ad cōſolationē.

Quantum dolorem acceperim, & quanto fructu ſim priuatus & foreſi, & domeſtico Lucij fratris noſtri morte, in primis pro noſtra cōſuetudine tu æſtimare potes. Nam mihi omnia quæ iucūda ex humanitate alterius & moribus homini accidere poſſunt, ex illo accidebāt. Quare nō dubito quin tibi id quoq; moleſtum ſit, cum & meo dolore moueare, & ipſe omni virtute officioq; ornatiſſimum, tuiq; & ſua ſponte, & meo ſermone amantem affinem amicumq; amiſeris.

Nunq̄ putaui fore vt ſupplex ad te venirē, ſed hercule facilè patior datum tempus in quo amorē experirer tuū. Atticum quāti faciam, ſcis. Amabo te, da mihi & hoc: obliuiſcere mea cauſa, illum aliquando ſuo familiari aduerſario tuo voluiſſe cōſultum, cū illius exiſtimatio ageretur. Hoc primū ignoſcere eſt humanitatis tuæ. Suos enim quiſq; debet tueri. Deinde ſi me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo: quem quāti facias, prę te ſoles ferre. Totum hoc, vt, qđod ſemper exiſtimaui, nūc planè intelligam, me à te multum amari.

Ad recōciliationis argumentum faciet epiſto-

la Plinij lib. cuius initium, Noſti ne hos.

Lib. ix. epiſt. Libertus tuus. tota, elegans depre tionis exemplum.

RESPONSIO.

EPISTOLA, famil. lib. v. epiſto. Si vales, bene eſt. Sed huiuſmodi vos clientes &c.

Orat, confitetur, purgat, pœnitet. Quid quæris? Quod factum eſt, infectum fieri nod poteſt. Non tam tibi hoc factum diſplicet, quàm ipſi qui fecit. De reliquo futurum illum emendatū ego in me cecipio: meo periculo ꝑ illo fideiubeo. Si rurſum peccauerit, vel meipſum ad ſuppliciū depoſcito. Vt iure peccanti ſuccenſebas, ita pœnitenti æquū eſt ignoſcere, præſertim puero, & aliena malitia ad delictum impulſo. Nō quid huius ſtultitia, ſed quid tua clementia poſtulet, tibi conſyderandum puto. Eia ne nimium durus ſis pater. Nihil ne tu peccas vel ſenex? & puero nihil vis cōdonare? Vin tuos continuo ſenes naſci? Adeone excidit qualis in iſta ætate fueris? Noſtras

DE EXTRA ORDINARIIS generibus epiſtolarum, & primum de nunciotione.

QVAE ſub aliquo trium generum, ſuaſorio, demonſtratiuo, iudiciali continetivi debātur, hacten⁹ abſoluimus. Nūc ad reliquas epiſtolarum ſpecies veniemus: quę quāquā rhetorici artificij nō ita multum deſyderāt, tamē frequētius ferē incidūt, quàm ille ſuperiores. Refeℜetur igit in primis ea ſpecies, qua ſignificamus amico ſi quid nouæ rei geſtū ſit apud nos, quod illius referat ſcire, aut quod illi voluptatē ſit alla-

turum,ſiue priuatum ſit illud,ſiue publicũ.Priuatũ,vt quum abſentem certiorem facimus qua valetudine ſimus,quid agamꝰ in ſtudijs, quid rure, quid in aula,quid in ædificijs, quid in litibus ſucceſſerit,aut ſi quid alioqui nouę rei moliamur,vſqꝫ ad cõuiuiorũ & colloquiorũ nugas.Publicum, vt de pace,de bello,de regũ geſtis,aut fœderibus, de peſtilentia,aut inundationibus, terræmotibꝰ, de tẽpeſtatibꝰ,alijſqꝫ ſimilibus.Nec huiꝰ generis, quoniã variũ eſt,certa ratio præſcribi poteſt.Tãtum illud in genere dicã, quòd nũciatio ſimplex & lucida eſſe debet:breuis præterea, & diſtincta, interdũ gratulationem aut conſolationem habet admixtam.Narratione cõſtat,de qua paulo inferius præcipiemus.

EXEMPLVM.

Quoniam iam annũ ferè à nobis abes,quicquid hîc interim nouorum eſt ortũ,puto & me tibi debere ſcribere,& te ſcire vehementer cupere. Audies igitur ex me noua quidem permulta,haud omnia læta tamen.Nõ ignoras rerũ mortalium cõditionem:nihil tam beatũ in humanis negotijs, quod nõ aliqua incommoditate temperetur. Patruus tuus incredibile eſt quãtũ te amet,quãtum tua gloria delectetur. Verꝰ,inquies,eſt iſtud. Audi igitur,quod nouum dices. Antiquus ille cõpotor tuus,ille inquam,quẽ noſti,Nebridius,tantus amator,tam alegans,tã nitidus homo,tam mulieroſus. Ille ſtrenuus aleator,inuictꝰ potor,ille gurges,ille helluo,ille vndequaqꝫ perditiſſimꝰ. Quid fecit,inquies,an vxorem duxit? Imò repente mutatus omnibus nugis vale dixit, funigerorũ inſti-

tutum profeſſus eſt. Iocari me dices, ſcio: ſed ita rem eſſe comperies. Quid hoc? an tibi vetus videtur? Quis nunc nō exclamet illud ἄνω ποταμοί? Quis neget ouem è lupo fieri poſſe? Accipe quod magis mirere. Varus ille tuus carnifex, Varus eſſe deſijt. Iam te amat, quod nunquā antehac: te laudat, tuos colit, tuum aduentum exoptat. Bene dicere diſcit homo maledicentiſſimus. Verum dicere incipit homo vaniſſimus, Fidem ſeruat nebulo perfidiſſimus. Eamus nūc, & poeticas trāſformationes rideamus, quū tantam rerum mutationem breui factam videamus, Auunculus tuus pontificium Idib9 Ianuarijs euicit, nō ſine maxima quidem contentione. Noſti cōpetitoris & improbitatem, & factiones: euicit tamen; Id te quamprimum ſcire volui, vt illi per literas diligēter gratuleris. Hæreditas ea quę tibi è manibus pene erat extorta, mea tibi eſt opera reſtituta. Ne mihi pro hoc officio gratias egeris. Facio enim tuis in reb9 quod tu in meis ſolebas. Voluptatē tibi ingentē nunciabo: Poſtridie No. Mar. ſoror tua peperit marito filiū, patri tibiq; nepotulum. Iā quid muneris abs te feram, ſi rem tibi aperiā multo feſtiuiorē? Dij te omnes diligūt. Abſenti tibi, ne expectanti quidē ſacerdotium acceſſit & amplū, & in primis honeſtū. Ad.v. Idus Febr. Corneli9 vir integerrimus è viuis migrauit. Hic ægrotans, quū competitores nō placerēt: (olfecit enim iam tum inhiare) te ſucceſſorē nominauit. Menſem ſuperuixit. Huiuſmodi thynnos dormiēti tibi fortuna retibus tuis implicat. Tuum erit curare ne quod incidit, elabatur. Non enim deſunt qui prædę in-

hiant. Habes de rebus priuatis: de publicis credo iſthuc rumorem noſtras literas præuertiſſe. Ca-len. Iul. Regis vnctio incredibili cum apparatu celebrata eſt. Calendis Auguſtis ipſe vrbem Pariſiorum inuectus eſt. Ad quintum No. Septemb. nuptiæ regia pompa peractæ. Legati multorũ regũ nomine audituri, nemo nõ magnifice donatus diſceſſit. Britanni neſcio quid tumultus oſtenderant, ſed res æquis conditionibus compoſita eſt. Audiſti de ſtatu publico. Quod reliquũ eſt, non indicarem, niſi te ſcire tua magnopere intereſſet. Peſtis mẽſes iam aliquot apud nos ſæuit. Ea cum permultos ex amicis, tum ſocrum tuam, fœminã omniũ quas in vita viderim optimã, abſumpſit. Frater eodem morbo correptus, recreatus eſt. Sic viſum eſt illi, qui res humanas è duob⁹ illis dolijs pro arbitrio ſuo tẽperat. Aequo animo feras oportet quod mutari non poteſt. Quid hac in re te facere conueniat, tu tecũ ſtatues. Habes ferè quæ te ſcire volebam. Si quid interea noui emerſerit, faciam te quamprimum certiorem. Tu cura ne quid ignoremus rerum tuarum. Vale.

NVNCIATORIAE SYLVA.

QVAE gerãtur, accipies ex Polliõe, qui omnibus negotijs non interfuit ſolum, ſed præfuit.

Cicero epi ſto. familia.

A nobis agent omnia diligẽter: vt neq; ſi quid obtineri poterit, non cõtendamus: nec ſi quid nõ obtinuerimus, repulſi eſſe videamur.

De omnibus rebus quæ ad te pertinẽt, quid actum, quid conſtitutũ ſit, quid Pompeius ſuſceperit, optime ex Emplatorio cognoſces: qui nõ ſolum interfuit his rebus, ſed etiam præfuit: neq; vl-

ſum officium erga te hominis amantiſſimi, prudẽtiſſimi diligentiſſimi prætermiſit. Ex eodem de toto ſtatu rerum communium cognoſces: quæ quales ſint, non facile eſt ſcribere.

Hic tui omnes valent, ſummáq; pietate te deſyderant, & diligunt, & colũt. Tu & cura vt valeas, & te iſthinc ne temere commoueas.

Lib. iiij. epiſt. Et ſi ſcio non iucundiſſ. Deſcriptio ſpectaculorũ.

Lib. vij. Si te dolor aliquis.

Lib. viij. epiſt. Tanti non fuit ar.

Lib. ix. epiſt. Caninius noſter me tuis.

Nos de Dolobella quotidie quæ volumus audimus, ſed adhuc ſine capite, ſine authore, rumore nuncio.

Narro tibi plana. Relegatus mihi videor poſtquam in Phormiano ſum.

Iſti puero, quẽ ad te iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam opinionum tuarum.

L. Iulio Cæſare, C. Martio Figulo cõſulibus, filiolo me auctum ſcito, ſalua Terentia &c. Cicero ad Atticum.

Quanquã huius operis omnes fermè ſunt huius generis, vt illa, cuius initium: Quæris ex me.

Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco ſit, velim ad me ſcribas, & ita, vt inſtitui ſti. Nam iſta veritas etiam ſi iucunda non eſt, mihi tamen grata eſt. Plinius.

Hæc tibi ſcripſi, quia æquum erat te pro amore mutuo non ſolum omnia mea facta, dictaq;, verũ etiam conſilia cognoſcere.

Lib. j. epiſto. cuius initium: Ridebis, & licet rideas. tota nunciatoriæ iocoſæ exemplum eſt.

Lib.iij.epi.Solet eſſe gaudio tibi.Et itē proxima
Lib.iij.epiſt.Rem atrocem.Rei atrocis.
Lib.iiij.epiſtola,Thuſci grandine excuſſi.Ruſticationis.
Lib.iiij.epiſto.Cauſam per hos dies. Actionis. Ac mox epiſtola.Audiſtine Val.
Lib.v.epiſto.Et tu rogas.tota.
Habes acta mea tridui : quibus cognitis, volui tantum te voluptatis abſentem,& ſtudiorum nomine,& meo capere,quantum præſens percipere potuiſſes.
Hæc tibi ſcripſi, quia de omnibus quæ me vel delectant,vel angūt, non aliter tecum quàm mecum loqui ſoleo.Deinde quòd durū exiſtimabā, te amātiſſimū mei fraudare voluptate quàm ipſe capiebam.Neque enim ſum tam ſapiens, vt nihil mea interſit, an iis quæ honeſte feciſſe me credo, teſtificatio quædam & quaſi præmium accedat.
Lib.vj.epiſt.Petis vt tibi.Rurſum huic proxima.Mox epiſtola.Ais te adductum.
Lib.vij.epiſto.Et mihi diſcendi, & tibi do. De ſpectro.
Lib.vj.epiſtola:Quàm multum intereſt.
Lib.viij.epiſtola:Vidiſti ne aliquando. Deſcriptio fontis.
Eodem libro epiſtola:Num iſthic quoque.Deſcriptio inundationis.
Eodem libro,epiſtola:Ad quæ noſcenda.Deſcriptio lacus prodigioſi.
Inuicem tu ſi quid epiſtola dignum, ne graueſre ſcribere.Nam cum aures hominum nouitate lętantur,tū ad rationem vitæ exemplis erudimur.

Lib.ix.epiſtola:Incidi in materiam.De Delphi no pæderaſta.

Eodem,epiſto.Quæris quemadmodum. Quid agat toto die ruri.

Lib.iiij.epiſto.Vulgare eſt.

Lib.iiij.epiſto.Accepi epiſtolam tuam. Politianus.

NVNCIATORIA, MEA.

SCRIBEREM ad te pluribus de rebus, ſed vereor ne vel mea diligentia tibi ſit moleſta vel veritas acerba. Scribito ad me, quem noſti curioſum non ſolum quid geſtum ſit, aut geratur iſthic, verum etiam quid diuines futurum.

Ad hanc formā ptinet & percōtatoria, quoties nihil aliud agim⁹ in epiſtola, q̄ vt ſciamus quid rerum agat amicus. Huius exēplū illa Plinij lib.ij. Studes, an piſcaris? Item. lib.iij. Rectène omnia?

Quum rem quampiam ridiculam nunciaturi ſumus: abſolutis aliquot narrationibus conueniet illud ex Homero, ἔσπετέ μοι νῦν μοῦσαι. Excitatur enim huiuſmodi tranſitiunculis lector, & mire conueniunt familiaribus epiſtolis.

DE MANDATORIA EPISTOLA.

EPISTOLA mādatoria nihil habet artificij, præter ſermonis elegantiam, & breuitatem. Exemplum.

N. LIBERTO SVO S. D. P.

Vt præſens multum diúque te admonui, caue quicquam meo iniuſſu tentaueris. Si quid exiſtet noui, me per literas conſules. Agrum de quo ſcribis, emendi tibi ius permitto, modo ne pluris trecentis ſcutatis veneat. Petronium impudentiſſi-

mum debitorē,ſemel atq; iterum appellatū,in ius vocabis. Si inficiabitur,chirographum tibi mitto: dies iam pridē exceſſit. Ab Aſinio creditam pecuniā meo nomine repetes:eāq; ſi reddet,recipies. De permutādo ſacerdotio, fac Stilbontē,virū,vt ſcis,& cōſultiſſimū,& noſtri amātiſſimū in cōſilium adhibeas. Is quod cēſebit facto opus,id peride ac ſi ego author eſſē,exequitor. Antequā domū ædificandam cemētarijs locaueris,prius cū Phrydia cōmunicato,deinde eius hac de re ſententiam ad me ſcribito. Hos libros vnà cū epiſtolis Trebatij mei manibus reddēdos curabis & diligēter,& quā primū. Straphonio verbis meis gratias ages quammaximas. Genero meo meis verbis gratulaberis. Lucium cōtubernalem meum plurimū ſaluere iubebis. Sed heus tu,penè præterieram,quod minime præteritum oportuit. Nepotem meū fac vt quamprimū ab iſto præceptore tam inepto abducas,ac eruditiori committito. Caue te pecuniæ ratio offendat,ſi modo idoneum doctorem nāciſci poteris. Siqua vnquam in re ſedulo tuo functus es officio,in lite. Verulana fac omnem fidē,induſtriam,diligentiam,ingeniū expedias. De villa inſtauranda quieſce donec meam ſentētiam acceperis. Veſtes meas omnes vnà cū anulis ad xi. Ca. Iulij trāſmittito. Nō pluribus te monebo. Tu fac vt quēadmodum & ſoles,& equū eſt,tuo officio fungare. Erit apud me diligentiæ tuę prēmiū. Vale.

MANDATORIAE SYLVA.

Cicero ad Atticum. Epiſto.fa.lib.xvj.ſunt aliquot huius generis.

Pætus,vt antea ad te ſcripſi,omnes libros quos frater ſuus reliquiſſet,mihi donauit.

Hoc illius munus in tua diligentia poſitum eſt. ſi me amas, cura vt conſeruentur, & ad me perferantur. Hoc mihi nihil poteſt eſſe gratius. Et tũ Græcos, tum vero Latinos diligenter vt conſerues, velim. Tuum eſſe hoc munuſculum putabo.

Sed omnia vt voles. Ego enim quicquid feceris, id tum recte, tum etiam mea cauſa factũ putabo.

Peto autem vt pictorem quàm diligẽtiſſimum aſſumas. Nam cum eſt arduum ſimilitudinẽ effingere ex vero, tum lõge difficillima eſt imitatiõis, imitatio. A qua rogo vt artificem quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare. Plinius.

Eſt apud Horatium in epiſtolis exemplũ mandatoriæ iocoſæ, Vt proficiſcentẽ monui te ſæpe, diũq;. Hæc genus minimũ abeſt à petitorio. Mandamus enim cum authoritate. Petimus ab iis in quos nobis mandandi ius non eſt.

MANDATORIA, MEA.

FILIVM, quãtus eſt, tuę fidei trado. totã meam ſolicitudinem in te transfero. Tu pater eſto, ego me ſic gerã quaſi patruus ſim, non pater.

DE EPISTOLA COLLAVDATORIA.

COLLAVDATIO eſt, qua filiũ, filiám ve, militem, ſeruum, libertum, famulũ, vxorem, aut alios in quos nobis ius eſt, vt officio ſuo functos laudamus.

EXEMPLVM.

Nihil ex omni rerũ genere potuit mihi nũciari iucũdius, q̃ te iis moribus agere, qui & te ipſo, & tuo genere ſint digni. Nũc ego te filium agnoſco meum, quum te audio toto animo literis incũbe- Epiſto. collaudatoria patris ad filium.

re:fugitare cõſuetudinem ceſſatorum: parcere rei paternæ:ſi modo non id falſò eſt mihi nũciatum. Tu perge in officio mi fili,hócque perſuaſum habe,ſi te qualẽ volo præſtiteris filiũ,me benigniorem etiam quàm voles habebis patrem. Vale.

ALTERVM EXEMPLVM.

Epiſto.domini ad ſeruũ.

Facis vt merito te & amẽ,& collaudẽ,qui non vt vulgus ſeruorũ ſolet, abſentis domini negotia impedias,ſed omni cura,vigilantia,opera coneris expedire.Eum ego demũ frugi miniſtrũ, & bene ſpectatum iudico,qui abſente domino,quum impune ceſſare poſſit,ĩ officio ſe cõtinet.Audiui qua fide,qua induſtria mandata peregeris. Tu fac cætera eodẽ animo perſequaris:vt qui nũc merito te amo,perpetuo poſſim amare.Officio bene cœpto ſtrenue perfungere.Domini negotia,tua ipſi9,vt ſunt,eſſe credito. Tu ſi frugi miniſtri officio functuſeris,ego domini liberalis partes haud prætereiero.Vale:acvigila.

DE GRATIARVM ACTIONE.

g Ratias agimus ijs,in quos nobis nullum eſt mandandi ius.Hæc forma ſubijci pȏterat petitoriæ,aut cõſolatoriæ, aut monitoriæ.Hic beneficiũ quod accepim9,erit modis omnib9 amplificãdũ. Nã ſæpe gratiã retuliſſe videtur,qui bene gratias egit. Amplificatur autem his fermè rationibus,ſi vltro collatũ eſt:ſi inconſtanter:ſi cito.Bis enim dat,qui cito dat.Si in tempore,ſi vberius quàm alter auſus ſit petere,ſi nihil pro merito,ſi ne expectanti quidem, ſi ab eo cui libenter debemus:hoc eſt:ab eo quem amamus ex animo:aut ſi in eum collatũ eſt,cui magis ex ani-

mo volumus, q̃ nobis ipſis. A genere quoq; benefi cij ſumemus amplificationẽ: veluti ſi quis fideli cõ ſilio iuuit, dicemus illi plus deberi qui conſilio iu- uit, q̃ qui pecunia. Neq; raro maius beneficiũ præ ſtat qui obiurgat, q̃ qui donat. Cõtrà ſi quis pecu nia iuuit, dicemus vulgare officiũ eſſe verbis opi- tulari: qui pecuniam prompte impartit, nõ poteſt nõ certiſſimus amicus videri. Sunt & aliæ circum- ſtantiæ quibus exaggeramus beneficij magnitudi- nem: veluti ſi nos ſimus prælati ijs quibus ille ob affinitatem erat obnoxius, ſi noſtra cauſa contem- pſit etiam ſimultatẽ aliquorum potẽtiũ. His com- memorandis declarabimus nos ſcire beneficij ma- gnitudinẽ. Eſt autẽ bona gratitudinis pars, & ſcire quantũ debeas, & debere libẽter. Oſtẽdemus etiã, ſi poterim⁹, quã multos eodẽ beneficio deuinxe rit: quódq; eius beneficij vtilitas nõ tantũ ad vnũ hominẽ pertineat, ſed ad Reip. cõmodũ. Deinde pollicebimur, citra iactantiã, nos aut parẽ, aut vbe riorẽ etiã gratiam relaturos. Si nulla referẽdi facul tas erit, certè animũ memorem & gratũ pollicebi mur, precabimúrq; vt ſupi cumulatè referãt gra- tiam benemerito: quòd nobis ob fortunarũ tenui- tatem non licet. Et huius generis erit tractatio du- plex, recta, & obliqua. Nam aliquoties non agẽdo gratias, maxime gratias agim⁹, quũ oſtẽdem⁹ aut beneficium eſſe mai⁹ q̃ vt vulgari more verbis o- porteat gratias agere, aut amicitiam noſtrã eſſe maiorem q̃ vt alterũ alteri oporteat gratias agere.

Quòd in negotio meo rogari te paſſus nõ es, ſed vltro ſtudium tuũ, operam, diligentiam & obtu- liſti, & præſtitiſti: veterem tuã in me meóſq; hu- *Exemplum gratiarum actionis*

manitatem libens agnoſco. Et facis tu quidē non meis meritis, quæ hactenus in te nulla extiterunt, ſed tua virtute dignū, qui nullis à me prouocatus officijs, tam prōpto in me ſis animo, vt beneficiū accepiſſe videaris, quū præſtiteris. Quare quum tuo officio plurimum adiumēti meis rebus attuliſti, tum iſto animo ita delector, vt dictu ſit incredibile. Vere negāt referre, quantū beneficium, ſed q̄ amico animo præſtiteris. Ex eius modo potius, q̄ rei, officiū eſt mentiēdū. Meum erit, quòd referre nequeo, perpetuo meminiſſe. Nam quid ego tibi multis verbis gratias agā? An hoc paſſurus es, qui ne moneri quidem te paſſus es? Vtinam eam mihi facultatem aliquando concedant ſuperi, vt poſſim hunc animum tui ardentiſſimum re potius quàm verbis declarare. Interim ſi quid erit in quo mea viciſſim opera vtendum putabis, caue rogaueris, ſed vt tuo mācipio præcipito. īuenies ad quiduis & promptum, & alacrem. Vale.

ALIVD EXEMPLVM.

Accepi munus tuum, re quidem magnificū, ſed te authore longe mihi tum precioſiſſimū, tū iucūdiſſimū. Recte enim à Naſone tuo ſcriptū eſt: *Sic acceptiſſima ſemper Munera ſunt, author quę preciosa facit.* Quo quidem quid me tibi deuinctum eſſe fatear, quum ſim iā olim deuinctiſſimus? Totus in ære tuo ſum, arctiorib⁹ vinculis me tibi adſtringere non potes. Quod referam vel iſto munere, vel potius tuo iſto in me animo, qui mihi munere ipſo longe eſt ſuauior, dignū nihil habeo, niſi me ipſum: quē ſi alicuius eſſe pretij putas, totum peculio tuo adſcribito. Crede mihi, nihil habes in

omni genere poſſeſſionum tuarũ, quo tu tã pro-prie poſſis & vti, & abuti, q̃ Nicolao tuo. Vale.

ALIVD EXEMPLVM.

Multa ſunt tua erga me officia: at nullũ omniũ mihi fuit aut opportuni⁹, aut iucũdi⁹, q̃ quòd fratrẽ meũ in cauſa difficillima tuo patrocinio iuueris. Qui vt eſt mihi propemodũ me ipſo charior, ita quicquid in illũ cõtuliſti, id mihi gratius etiam videri debet, q̃ ſi in me ipſum eſſet collatum. Sed ne diligentius tibi gratias agã, noſtra familiaritas flagitare videtur. Neq; enĩ tu noui quicq̃ feciſti, & ego re q̃ verbis beneficiũ repẽdere mali. Vale.

AGENDI GRATIAS SYLVA.

VLTVM enim intereſt, vtrũ laus minuatur, an ſalus deſeratur: me meq; tamẽ ne nimis pœniteret, tua virtute perfectũ eſt. Curaſti enim vt plus additũ ad memoriã nominis noſtri, quàm adẽptũ de fortuna videretur. cice. epiſto, famılia,

Amoris quidem tui quoquò me verti, veſtigia, vel proxime de Tigellio. Senſi enim ex literis tuis valde te laboraſſe. Amo igitur volũtatẽ. Immortales ago tibi gratias, agãmq; dum viuã: nam relaturũ me affirmare nõ poſſum. Tantis enim tuis officijs nõ videor mihi reſpõdere poſſe, niſi forte, vt tu grauiſſime diſertiſſimẽq; ſcripſiſti, ita cenſurus es, vt me referre gratiã putes, cũ memoria teneo. Facere non poſſum quin in ſingulas res, meritáq; tua, tibi gratias agam. Sed mehercule facio cum pudore. Neq; enim tanta neceſſitudo, quãtã tu mihi tecũ eſſe voluiſti, deſyderare videtur gratiarum actionem. Neq; ego libẽter pro maximis tuis beneficijs tam vili munere defungor oratio-

nis: & malo præſens obſeruãtia, indulgentia, aſſiduitate memorẽ me tibi probare. Quod ſi mihi vita cõtigerit, omnes gratas amicitias, atq; etiam pias propinquitates in tua obſeruantia, indulgẽtia, aſſiduitate vincam. Tantũ me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt.

Iam non ago tibi gratias. Cui enim re vix referre poſſum, huic verbis non patitur res ſatiſfieri.

Te tamẽ, mi brute, ſic amo, vt debeo, quod iſtud quicquid eſſet nugarũ, me ſcire voluiſti. Signum enim magnum amoris dediſti.

Lib. xiij. epiſtola: Et ſi libenter petere à te.

Cicero ad Atticum. Gratę mihi tuæ literę ſunt quib⁹ accurate perſcripſiſti omnia quę ad me pertinere arbitrat⁹ es.

Noli expectare dũ tibi gratias agam. Iam pridem hoc ex noſtra neceſſitudine, quæ ad ſummã beneuolentiam peruenit, ſublatum eſſe debet.

Studium tuum, curáq; de ſalute mea, nulla me noua voluptate affecit. Nõ ſolum enim vſitarum, ſed etiã quotidianũ eſt aliquid audire de te quod pro noſtra dignitate fideliter atque honorifice dixeris, aut feceris.

Neq; enim mihi in omni vita res tam erit vlla propoſita, quàm vt quotidie vehemẽti⁹ te de me optime meritum eſſe læter.

Plinius. Certatim ergo tibi gratias agim⁹. Ego quod illam mihi, illa quod me ſibi dederis, quaſi inuicẽ elegeris.

Lib. quinto epiſt. Accepi pulcherrimos, tota.

Cum plurima officia tua mihi grata & iucũda ſunt, tum vel maxime quod me celandum nõ putaſti fuiſſe apud te de verſiculis meis multum co-

pioſúmq; ſermonẽ, eúmque diuerſitate iudiciorum longius proceſſiſſe.

Amaui curam & ſolicitudinem tuam, quòd cũ audiſſes me æſtate Tuſcos meos petiturum, ne facerem ſuaſiſti, dum putas inſalubres.

Bene feciſti, quod libertum aliquando tibi charum reducentibus epiſtolis meis, in domum & in animũ recepiſti. Iuuabit hoc te, me certe iuuat: primum quod te talẽ video, vt in ira regi poſſis: deinde quod tãtum mihi tribuis, vt vel authoritati meæ pareas, vel precibus indulgeas. igitur & laudo, & gratias ago, ſimul in poſterũ moneo vt te erroribus tuorum, etſi non fuerit qui deprecetur, placabilem præſtes.

Ad agendas gratias pro liberalitate qua aliquis vſus eſt in tenuem, & à quo non ſperetur mutua liberalitas, faciet epiſtola Plinij lib. ix cui⁹ initiũ: Laudas mihi. Politianus.

Lib. primo epiſtola: Tu vero Hermolaẽ.

Lib. xj. epiſtola, Ain vero. Eodẽ, epiſtola, Ago tibi gratias.

MEA.

QVID tibi, quid inquam pollicear? num me ipſum quantus ſum, dedam? At exiguum eſt ijs me dedere, qui niſi fuiſſẽt, ipſe non eſſem.

Pergratum mihi eſt quod crebro certior per te fio de reb⁹ quę iſthic geruntur, & tuam erga me beneuolentiam facile perſpicio.

Cęteris omnib⁹, vinci me patiar, certe beneuolentia mutua non cedam. Nam vt recte dixit Plinius: Vinci in amore turpiſſimum eſt.

iucunda. Sic enim vidi, quaſi ea quæ oculis cernũtur, me à te amari. Dices, quid antea? Semper quidem, ſed nunquam illuſtrius.

EX PLINIO.

Gratiarum actio pro libera admonitione.

e PISTOLARVM quas mihi, vt ais, a pto pectore ſcripſiſti, obliuiſci me iubes: at ego nullarũ libentius memini. Ex illis enim vel præcipue ſentio quantopere me diligas, cũ ſic egeris mecũ, vt ſolebas cũ tuo filio. Nec diſſimulo hoc mihi iucũdiores eas fuiſſe, quod habebam bonam cauſam, cum ſummo ſtudio curaſſem quod tu curari volebas. Proinde etiam atq; etiam te rogo, vt mihi ſemper eadem ſimplicitate, quoties ceſſare videor (nunquam enim ceſſabo) cõuitiũ facias. Quod & ego intelligam à ſummo amore proficiſci, & tu non meruiſſe me gaudeas.

LAMENTATORIA EPISTOLA.

i NTER cõmoditates, quas multas adfert amicitia, cõmemoratur & illud, quod ſi quid dolet, licet ĩ amici ſinũ effundere: quę res ſolet bonã ęgritudinis partẽ adimere. Genꝰ hoc affine eſt cõſolatorio: ſed in hoc nihil opus eſt arte, quũ vnũquẽlibet dolor ſoleat reddere diſertum. Exemplum lamẽtationis.

Non poſſum tibi quales vterque volumus epiſtolas mittere, quũ mihi nihil rerũ omniũ ex ſentẽtia procedat. Sed quid ego, mi Laurẽti, te meis querelis exanimo? niſi quòd iuuat apđ familiariſſimũ amiculum graues animi mei curas deponere. Credo omnes & ſuperos & inferos in meã perniciem coniuraſſe: ita vbi hoc malũ vix effugi, ſuccedit aliud multo acerbius. In morbũ iam iterum

atq; iterum incidi,decidi, recidi, multo vix ſumptu recreatus. En ſenex ille Sogdianus, peſtis omnium quas vnquam irati dij mortalibus immiſere,longe teterrima, ſe mihi erudiendum dedit. Quid ibi miſeriarum non vidi? Quantum luctus? quantum lachrymarum ſummis meis laboribus mihi conſciui? Id monſtrum iam biennium me exercet. Fugio,quãdo vinci non poteſt. Iam deorum aliquem mihi propitium factum arbitrabar, quòd Antonium, hominem candidiſſimũ eſſem nactus, cuius humanitas illius feritatem leniebat. Inuidit mihi rurſum neſcio quod numen iucundiſſimi ſodalis conuictum: diſtrahitur inuitus ab inuito. Inde ſolus, & deſtitutus, dũ omnia tẽto, nihil nõ experior. Deum immortalẽ, in quos fluctus, in quæ monſtra incidi? His tantis tam perpetuis malis vel Hercules ipſe, aut ſi quid Hercule fortius, vinci poterat. Obdurui tamen, ſic mecum cogitans, aduerſam fortunam, & ſi infeſta eſſet, aliquando malis meis ſatiatam æquiorem futurã: Nemini perpetuo acerbã aut fuiſſe vnq̃, aut eſſe poſſe. Et ecce de integro morbo capitali corripior miſer: qui quòd erat diuturnus, & corpus, & loculos penitus exhauſit. Nec erat cui meus doleret dolor: quos iuuaret, permulti. Sogdianum autẽ illũ præter cæteros delectabat malũ meum, cui moleſtiſſimum vt eſſet: eram meritus. Ne tum quidẽ animum deieci: non quòd ſperarem quicquã, ſed ne teterrimo illi ſeni voluptatẽ augerem. Seruatus ſum: ſed ſuperis, opinor, iratis. ſic miſerijs ferẽ diſſeruatũ eſſe voluerunt. Quid enim poſtea vel maximis vel minimis in rebus à me tentatũ eſt,

quid tam dextro conſilio inſtitutum, quod non infeliciſſime euenerit? O me omniū qui ſunt, quiq́ fuerūt, infortunatiſſimū, Egone vnꝰ ex vniuerſo hominū numero, præpoſterus ille Polycrates extiti, cui omnia aduerſarentur: cui illi vnquam obtigerit optatum? Hic tu me, ſcio, veris, vt aiūt, bonis cōmemerādis, nimirum literis, & ingenio, conſolari incipies. Tolle mihi inanes iſtas conſolationes, quæ ægritudinem meam exaſperant etiam: tantum abeſt vt leniant. Odi iam ego meum hoc ingenium, odi literas: quibus ſi carerem, minus miſer eſſem: minus ſentirem: minus angerer. Sed querelarum plꝰ ſatis. Tu cura vt recte valeas, quando nos dij noluerunt.

LAMENTATORIAE SYLVA.

Libro. v. epiſtola: Omnis amor tuus. Cicero. epiſto. familia.

Si liber exiſſet. quando non tā intereſt quo animo ſcribatur, quàm quo accipiatur: ne ea res inepte mihi noceret, cum præſertim adhuc ſtyli pœnas dem: qua quidem in re, ſingulari ſum fato. Nam cum mendū ſcripturæ litura tollatur, ſtultitia fama multetur: meus error exilio corrigitur: cuius ſumma criminis eſt, quod armatus aduerſario maledixi.

Lugebam quæ nō ſolum ſuis erga me, ſed etiā meis erga ſe beneficijs erat mihi charior: & hoc tēpore: quanquam me non ratio ſolum conſolatur, quæ plurimum debet valere: ſed etiam dies, quæ ſtultis quoq́ mederi ſolet. Tamen doleo ita communem rem eſſe dilapſam, vt ne ſpes quidem melius aliquando fore relinquatur.

Lib.ix.epiſtola: Vel meo ipſius interitu.

Lib.xiiij. Ad Terentiam pleræq;.

cicero ad Atticum.

Quantum dolorem acceperim, & quanto fructu ſim priuat⁹ & foreñſi, & domeſtico, Lucij fratris noſtri morte, in primis pro noſtra conſuetudine tu æſtimare potes. Nã mihi omnia quæ iucunda & humanitate alterius & morib⁹ homini accedere poſſunt, ex illo accedebãt. Quare nõ dubito quin tibi quoque id moleſtum ſit, cũ & meo dolore moueare, & ipſe omni virtute officioq; ornatiſſimum, tuiq; & ſua ſponte, & meo ſermone amantem affinem amicũ mq; amiſeris.

Quòd me ad vitã vocas, vnum efficis, vt à me manus abſtineam. Alterum non potes, vt me nõ noſtri cõſilij vtiq; pœniteat. Quid enim eſt quod me retineat, præſertim ſi ea ſpes non eſt, quæ nos proficiſcentes proſequebatur?

Premor cum luctu, tum deſyderio omnium rerum, quæ mihi me chariores ſemper fuerant. Cura vt valeas.

Velim pro tuo in me amore, hanc inanem meam diligentiam, miſerabilem potius, quã ineptã putes.

Ita ſunt res noſtræ, vt in ſecundis fluxæ: vt in aduerſis bonę. In re familiari valde ſumus, vt ſcis, perturbati.

Amiſimus mi Pomponi, non omnẽ modo ſuccum, ac ſanguinem: ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis.

Ego vero quem fugiam habeo: quem ſequar nõ habeo.

Solicitum eſſe te cum de tuis communibúſque

fortunis,tum maxime de me ac dolore meo ſentio: qui quidem dolor meus non modo non minuitur cum ſocium ſibi adiungit dolorem tuum, ſed etiam augetur omnino. Pro tua prudentia ſentis qua conſolatione leuari maxime poſſim. Probas enim meum conſilium,negasq; mihi quicquã tali tempore potius fugiendum fuiſſe.

Qui ſit omnium rerum ſtatus noſter, vides. Nihil eſt mali quod non & ſuſtineam, & expectem. Quarum rerũ eo grauior eſt dolor,quo culpa maior.

Omnia tamen ſunt feliciora, quàm peccati dolor,qui & maximus eſt,& æternꝰ. Cuius peccati ſi ſocios eſſem habiturus ego quos putaui, tamen eſſet ea cõſolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio exitum,mea nullum.

Quam ob rem,quoniam neq; conſilij tui, neq; conſolationis cuiuſquam ſpes vlla mihi oſtenditur,non quæram hæc à te poſthac: tantum velim ne priſtinum hoc officium intermittas. Scribas ad me quicquid veniet tibi in mentem, cum habebis cui des,& dũ erit ad quẽ des:quod longũ non erit.

Quid reſtat,niſi vt miſer fiam? Cicero.

O rem perditam,ô facinus indignum, ô me infelicem. quid hoc ſtatu vel deſperatius,vel fœdius? O me afflictum.

De prædio per calumniam erepto grauiter angerer,niſi iam animus diuturna deſperatione ad nouum dolorem obduruiſſet.

Ita animus multis malis obſtupuit, vt ſenſu etiam moleſtiæ carere cœperit: quod ipſum eſt omnibus miſerijs miſerius.

Quid quæris? nihil me infortunatius. Nos tamen in his etiam miſerijs erecto animo & minime perturbato ſumus, honeſtumq; & dignitatem noſtram magna cura tuemur.

Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo perculſo, & deiecto.

Non faciam vt enumerem miſerias omnes in quas incidi propter ſummam iniuriam, & ſcelus non tam inimicorum meorum, q̃ inuidorum: ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundẽ luctum vocem.

Ego & ſæpius ad te, & plura ſcriberem, niſi mihi dolor meus cum omnes partes mẽtis, tum maxime huius generis facultatem ademiſſet.

Itaque quum meus me mœror quotidianus lacerat & conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit.

Nec tam miſerum quicq̃ eſt, quod non in fortunam noſtram cadere videatur. Quare quando me afflictum & confectum luctu audies, exiſtimato me ſtultitiæ meæ pœnam ferre grauius, q̃ eueti: quòd ei crediderim, quem eſſe nefariũ nõ putarã.

Lamentatio grauiſſima.

Nos non inimici, ſed inuidi perdiderunt. Nam quòd me tam ſæpe & vehemẽter obiurgas, & animo infirmo eſſe dicis, quæſo, ecquod tantum malum eſt, quod in mea calamitate nõ ſit? Ecquis vnquam ex tam amplo ſtatu, tam bona cauſa, tantis facultatibus ingenij, conſilij, gratiæ, tantis præſidijs bonorum omniũ, concidit? Poſſum obliuiſci qui fuerim, nõ ſentire qui ſim? quo careã honore, qua gloria, quibus liberis, quibus fortunis, quo fratre? Quem ego, vt nouum genus calamitatis attẽ-

das,quum pluris facerem quàm meipſum ſemper feciſſem : vitam ne viderem: ne aut illius luctum ſqualoremq; aſpicerem:aut ne me,quem ille florentiſſimũ reliquerat,perditũ illi afflictũq; offerrẽ. Mitto cętera intolerabilia.eteni fletu ipedior. Dies autem non modo non leuat luctum hunc, ſed etiam auget.Nam cæteri dolores mitigantur vetuſtate,hic non poteſt & ſenſu præſentis miſeriæ,& recordatione præteritæ vitæ non continuo augeri.Deſydero enĩ nõ mea ſolum,neq; meos, ſed meipſum.Quid enim ſunt? Sed non faciam vt aut tuum animũ angam querelis,aut meis vulneribus ſæpius manus adferam.

Magis opto quàm ſpero:vt ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur.

Non mediusfidius præ lachrymis poſſum reliqua nec cogitare,nec ſcribere.

Aut quis me non ſolum infelicior,ſed iam etiã turpior?

Lamentationis exemplum erit tota illa epiſtola lib.j.Iactarã grauiſſimã.Rurſus lib.iij.epiſt.tota, Modo nũciatᵘeſt.Rurſᵘ, Audio Valeriũ Martialẽ Plinius.

Lib.quinto epiſto.Triſtiſſimus hæc tibi.tota.

Lib.viij.Epiſtola Omnia mihi ſtudia.

Mihi autem videtur acerba ſemper & immatura mors eorum qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus deditiquaſi in diẽ viuunt, viuendi cauſas quotidie finiunt:qui vero poſteros cogitant,& memoriã ſui operibus extendũt, hisnulla mors non repẽtina eſt,vt quę ſemper inchoatum aliquid abrumpat.

Triſte illud,quòd Iulius Valens grauiter iacet:

quanquã ne hoc quidem triſte, ſi illius vtilitatibus æſtimetur, cuius intereſt q̃ maturiſſime inexplicabili morbo liberari. Illud planè nõ triſte ſolũ, verũ etiam luctuoſum, quòd Iulus Auitus diſceſſit dũ ex quęſtura redit: diſceſſit aũt in naui, procul à fratre amantiſſimo, procul à matre, à ſororib⁹. Nihil iſta ad mortuũ pertinent, ſed pertinuerunt cũ moreretur: pertinet ad hos qui ſuperſunt. Iam quidẽ in flore primo tantæ indolis iuuenis extinctus eſt, ſumma cõſecuturus, ſi virtutes eius maturuiſſent. Quo ille ſtudiorum amore flagrabat: quantum legit: quantum etiam ſcripſit: quæ nunc omnia cum ipſo ſine fructu poſteriatis abierunt? Sed quid ego indulgeo dolori, cui ſi frenos remittas, nulla materia non maxima eſt? Finem epiſtolæ faciã, vt facere poſſim etiã lachrymis, quas epiſtola expreſſit.

Eſt enim quædam etiam dolẽdi voluptas, præſertim ſi in amici ſinum defleas, apud quẽ lachrymis tuis vel laus ſit parata, vel venia.

Lib. viij. epiſtola: Et gaudium mihi.

LAMENTATORIA, MEA.

SI in malũ hoc fortunæ iniquitate incidiſſem, honeſtior eſſet plaga: nũc noſtra culpa videmur accerſiſſe, quod cõmode vitari poterat. Res meæ in eũ locũ deductę ſunt, vt ſi velis officioſus eſſe, epitaphium pares tuo Lucilio.

DE GRATVLATORIA EPISTOLA.

QVEMADMODVM in rebus afflictis amici dolorẽ conſolatione mitigamus, ita ſi quid accidit læte rei, voluptatẽ amici gratulatione conduplicamus. His modis omnibus exaggerabim⁹ animi noſtri voluptatem,

quam ex amici ſucceſſu cepimus, cuius omnia vel commoda, vel incommoda pro noſtris ducamus: imò cuius rebus pro incredibili quadã erga illum beneuolentia magis etiam commoueamur, quàm noſtris ipſorum. Deinde dignitatẽ, aut ſi quid aliud obtigit, varijs rationib9 attollem9, ſiue quòd per ſe ſit eximia: ſiue quòd à multis fruſtra ambita: ſiue quòd vltro non ambienti delata ſit: ſiue ꝙ bonorum iudicio contigerit, non cæco fauore fortunæ: ſiue quod eiuſmodi principis fauore, qui nõ ſolet niſi ſpectatos magnis honoribus ornare: ſiue quòd totum hoc quicquid eſt boni, nulli ferat acceptũ, niſi ſuæ ipſi9 idustriæ, vt hinc nihil laudis ſibi vindicare poſſit fortuna: ſiue quòd præter ſpẽ obtigit. nam hæc ſolent eſſe gratiora. Mox vbi rem ſatis auxerimus, oſtendemus tametſi ſit amplißimum quod obtigit, tamen inferius eſſe meritis illius. Hunc tantũ eſſe gradũ ad maiora, ſi modo fortuna velit hominis virtutibus reſpõdere. Poſtremo loco bene ominabimur, benéque precabimur, vt quod obtigit bonis auib9, ſit ipſi, amicis, ac Reipublicæ perpetuo fauſtũ, ac felix. Eſt & obliqua gratulandi ratio, quando negamus nos amico gratulari honorem qui contigit, ſed ipſi honori talem virum, qui tũ demum videbitur ſplendidus ac magnificus, poſteaquam & delatus eſt qui ſuis virtutibus & ornamentis ſit dignitati quam ſuſcepit, multũ dignitatis allaturus. Quemadmodum enim magiſtratũ obſcurat qui gerit indign9, ita illuſtrat vir omni decorum genere clarus & illuſtris. Aut negabimus nos illi gratulaturos dignitatis acceſſionẽ, quam ille nec ambit, nec miratur,

vtpote vir prudens, qui intelligat quanto cum o-nere honor ille ſit cöiunctus: præterea modeſtus, qui nihil min⁹ affectet, quàm populares glorias: ſed tamen gaudere, quòd illi ſeges ac materia da-ta ſit exercendæ virtutis ſuæ, vt qui antehac ſem-per voluerit prodeſſe quàm plurimis, nunc etiam poſſit ob authoritatis acceſſionem. Licebit vtran-que rationem adhibere per occupationem, quum prius narrabimus quid alij eſſent illi gratulaturi. nos nō eadē gratulari, ſed ea potius quæ iam dixi-mus in obliqua gratulatione dici ſolere. Frequen-ter hic incidit genus encomiaſticum, veluti in his quæ modo recenſuimus: aliquando non incidit, ve-luti cum amico gratulamur qui incolumis domū redijt ex itinere longinquo. quum amico gratula-mur filium natum. niſi forte dicemus hoc Reipu-blicæ intereſſe, vt optimi quiq; viri, & probiſſimę quęq; matronę quàm maxime ſint fœcūdæ, quòd ex bonis ferè naſcantur boni. Porrò felicitatem ci-uitatis nō hinc pendere ſi quàm plurimos habeat ciues, ſed ſi quàm optimos.

EXEMPLVM.

Incredibilem animo cepi lætitiā, quum te ſum-mo principū collegijq; conſenſu, miro populi ap-plauſu præſulē creatum eſſe intelligo. Gaudeo a-liquando eum honorem tibi vltro delatū eſſe, quo tu te ſemper digniſſimum præſtitiſti. Nec tibi tan-tum gratulor, qui honore iſto (quanquā tuis mo-ribus, tuæ eruditioni debito) non multum dele-ctaris, ſed multo magis patriæ gratulor, quæ talē ſit pontificē habitura, qualē antehac habuit nun-quam. Gratulor tuis omnib⁹, quos quum ſemper

morum inocentia decoraris, nunc etiam honoris claritate,& muneris authoritate illuſtrabis. Gratulor mihi ipſi,te ampliſſimis honoribus eſſe auctum,cuius omnes fortunas ſemper meas eſſe duxi. Sacerdotio quidē iſto in vniuerſa Hetruria neque honeſtius aliud,neque magis opimum,neque tuis rebus commodius cōtingere poterat. Tu tibi, qua es modeſtia,onus,haud honorem obiectū dices. At ego ſic exiſtimo,ſuperos & patriæ per te conſultum eſſe voluiſſe,& tibi virtutis materiam illuſtrandæ paratam. Quæ res precor vt primum tibi,deinde gregi tuo,denique & nobis omnibus vertat bene. Me totum,quantus quantus ſum, ad tuum obſequium offero. Vale.

GRATVLATORIAE SYLVA.

Lib.ſecundo,epiſtola,Sera gratulatio. Cice. epiſto. famil.
Eodem,epiſtola:Primum tibi vt de.
Lib.iij.epiſtola. Quaſi diuinarem.tota.

Qua in re gratulor tibi ita vehemēter,vt te quoque mihi gratulari,quàm gratias agere,malim.alterum non omnino deſydero,alterum vero facere poteris.

Gratulor tibi mi Balbe,verèque gratulor. Nec ſum tā ſtult9,vt te vſura falſi gaudij frui velim,deinde frangi repente,atque ita cadere, vt nulla res te ad æquitatem animi poſtea poſſit extollere.

Sapienter hæc reliquiſti, ſi conſilio: feliciter,ſi caſu.

Gratulor tibi affinitatem viri mediuſfidius optimi.

Lib.xv.epiſtola: Te & pietatis in nos.Et plurimæ ſequentes.

De Cicerone quæ ſcribis, iucunda mihi ſunt, velim ſint proſpera.

Cicero ad Atticum.

Et ſi contentus eram, mi Dolobella, tua gloria, ſatiſq; ex ea magnã lætitiam voluptatémque capiebam, tamen non poſſum non cõfiteri cumulari me maximo gaudio quòd vulgo hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus.

Sum enim auidior etiam quàm ſatis eſt, gloriȩ, & tamen non alienũ eſt à dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni regi regum fuit honeſtum, aliquẽ in conſilijs capiẽdis Neſtorem habere: mihi vero glorioſum, te iuuenem COS. florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ.

[illegible] Lib. iiij. epiſtola: Magnam cepi voluptatem.

Lib. v. epiſto. Conceſſeram in municipiũ. tota.

Eodem, epiſt. Bene eſt mihi.

Lib. ix. epiſto. Magna me ſolicitudine. tota.

Politianus. Lib. primo: Explicare non poſſum.

GRATVLATIO, MEA.

IVciũ tibi generũ obtigiſſe, maiorẽ i modũ gaudeo, ſperóq; & opto iſtã cõiũctionẽ tibi & voluptati, & ornamẽto fore. Neque nobis præſul optatior, neque tibi munus magis optandum potuit obtingere.

Nuncius neque optatior, neque iucundior adferri potuit, quàm qui nuper eſt de noua dignitate tua alllatus.

Ex tuis literis, quibus te cõſulem declaratum ſignificas, tantum cepi voluptatis, quantum te ſemper amaui.

O factum bene, rem voluptariam nuncias, pulchre nuncias, præ gaudio vix me capio.

Voluptatem incredibilem mihi tuis literis nũcias.

Literæ tuæ ſuauiſſimæ,quibus te nouis honoribus ornatum nuncias, tanta me lætitia impleuerunt,vt prorſus dubitem cui potiſſimum gratulari debeam:tibi ne:cui tanta dignitas nec petenti nec cogitanti contigerit: an patriæ, quæ talem ſit præſulem habitura , an principi , qui talem conſiliarium:an mihi potiꝰ,qui tuis fortunis perinde ac meis delector.

Scio te iſtiuſmodi ornamenta nec deſideraſſe, nec delectari,& ita prorſus exiſtimare,onus,non honorem tibi iniectum.At tãto es iſto honore dignior,quo delectaris minus:eóque magis virtuti tuæ gratulor.

Natum tibi bellum puerum,vxore ſalua,vehementer gaudeo.

Quòd ex itinere difficillimo, & diuturna peregrinatione patriæ ſis redditus incolumis,tuo nomine ex animo gaudeo.

Rem tibi ex ſententia tua eueniſſe , incredibile dictu quantum læter.

Caue putes te ipſum ex iſta tua fortuna plꝰ cepiſſe voluptatis,quàm ego ex tuis literis ceperim quæ me de noua dignitate tua certiorem fecerũt.

Qđ nouis honoribus ſis auctus,
Qđ magiſtratum aſſequutus,
Qđ legatio tam ſplendida delata,
Qđ doctoris titulo ornatus,
Familiã tibi feliciter domi creſcere
} maiorem in modum gaudeo.

Hereditatẽ ampliſſimã tibi obueniſſe volupe eſt: te tam certis,tam charis amicis orbatum, nonni-

hil doleo.

Ego abſuiſſe te tandiu à nobis & doleo, quôd carui fructu iucundiſſimæ cõſuetudinis tuæ: & lætor, quôd abſens omnia cũ maxima dignitate es aſſequutus, quodq; in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna reſpondet.

Gratulor, quod qui ſemper epiſcopus fuiſti, nũc etiam videberis.

RESPONSIO AD GRATVLATIONEM.

Cicero epiſt. familia.

GRATVLATIO tua etſi mihi probatiſſima, quod ab optimo fit animo: tamẽ hoc mihi multo iucũdius eſt & gratius, quod in ſumma paucitate amicorũ propinquorum, ac neceſſariorũ, qui veræ meę ſaluti fauerẽt, te cupidiſſimũ mei, ſingularẽq; mihi beneuolentiam præſtitiſſe cognoui.

RESPONSIO, MEA.

O DIEM lætum, non tibi ſolum, ſed tuis etiã omnibus candidiſſimo notandum calculo.

Si quid eſſet in rebus meis vnione vel candidius vel pretioſius, hac nota ſignarem eum diem quo mihi nũciatũ eſt te nobis è periculoſiſſimo bello rediiſſe nõ ſolum incolumen, verumetiam victorem, & quidem ſumma cum laude.

O diem terque quaterque lętũ, nec vnico margarito mihi ſignandum.

Præcor ſuperos, vt hoc gaudium, quod nobis omnibus largiti ſunt, perpetuum eſſe velint.

Si caſu te cõtuliſti in aulã, gratulor fortunę tuę, ſin iudicio, magis etiam gratulor tuæ ſapientiæ.

DE IOCOSA EPISTOLA.

IN vnoquoq; epiſtolarũ genere, quoties res patit, iocũ ad miſcere debem⁹. Quo in genere & Ciceronẽ plurimũ valuiſſe, & Ioãnem campanum ferè immodicum ac ſolutum eſſe videmus, ſæpe proximũ ſcurrilitati. Argutius iocatur Auſonius. Cuiuſmodi vero debeat eſſe loc⁹, Cicero in libris de oratore, & Quintilianus capite de riſu mõſtrauit. Exẽpla ſuppeditabit Macrobi⁹, & Athenæus Primum illud curandũ, vt tempeſtiuus ſit iocus, vt liberalis, & decori meminerit. Qui ſi apte adhibetur, plus ſæpenumero habet momenti, quàm oratio quãlibet ſeria. Sed cauendum erit ne quãdo nobis eueniat quod aſino Aeſopico catelli luſus infeliciter æmulato.

IOCOSE SYLVA.

Lib. vij. epiſtola: In omnibus meis.

Nam de Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo ſtult⁹ es, quando te ab eo ſapere didiciſſe profiteris, quin tu vrges iſtam occaſionẽ & facultatem, qua melior nunquam reperietur. Cicero epiſt. familia.

Lib. vij. epiſtola: Legi tuas litteras.

Eodẽ, epiſtola: Niſi ante Roma. proxima, Mirabar quid eſſet. Ac cæterę pleræq; ad Trebatiũ.

Libro. ix. epiſtola: Num tu homo ridiculus eſt Et aliquot ſequentes ad eundem. Eodẽ, epiſtola: Accubueram.

Tui deſyderio, ſpe tuorum commodorũ conſolor.

Nos planẽ diuites ſumus, ſed ne erres, Stoico more, qui omnes diuites putant, qui cælo & terra frui poſſunt,

Li.j.epiſtola, Næ tu humo es. Item proxima

Politianus. Pici.

Lib.v.epiſto.Ita reſpondebo.Item epiſto.Si tu edentulus.

Lib.vij.breues aliquot epiſtolæ ſunt partim iocoſæ,partim argutæ. Quin & Auſonius multus eſt in iocãdo,nec min⁹ Guilielm⁹ Budæus,Gallus & hic.

CONCILIATORIA.

Est genus epiſtolarum non diſſimile commẽdatorio,quod nobis viſum eſt appellare cõciliatorium. Nam & commendatione conciliamus alijs fauorẽ ac beneuolẽtiam apud amicos,ita quũ ſtudemus nobis cõciliare viros quibuſcũ antehac nulla inteceſſit notitia aut amicitia,quodammado noſmeipſos commendamus. Hoc argumentum frequens eſt inter eruditos,dum aliquoties totis regionibus diſiuncti, tamen mutuis epiſtolis ſeſe prouocant ad ſodalitatẽ literariam,ac fœdera Muſarũ.Et neſcio quomo do vix vnquam abeſt hic lenociniũ aſſentationis, à quo tamen nec ſanctimonia ꝓbatos viros videmus abhorruiſſe.Illud erit obſeruandum, vt ita laudemus eum cuius ambimus amicitiam, ne vel adulari,vel fingere,vel inſidiari,vel noſtrũ negotium agere videamur. Rurſus ita laudemus nos ipſos, vt ne nobis ob arrogantiã pro beneuolentia conciliemus odium. Dicemus ſimilitudinẽ eſſe cõciliatricem amicitiæ.Nos illius eximijs dotibus ad amandum inflammatos,quas partim celebri fama,patim ex prędicatione laudatiſſiſſimorum hominum,partim ex ipſi⁹ libris cognoueri

mus. Nos tametſi multum abſimus ab illius virtutibus, tamen ſemper huc annixos, vt quod in illo ſuſpicimus, aſſequeremur: & aliorum iudicio aliquouſque progreſſos eſſe. Suſpicionē aſſentationis ſubinde deprecabimur. Obteſtabimus illius modeſtiam, vt amori noſtro ignoſcat, cui temperare nō poſſumus: etiam non ignari quantopere vir omni laude ſuperior, prædicatione ſuarū virtutū offendatur. In nobis rerū attenuabimus: animū, ſtudiū, amorem optimarum rerum exaggerabimus. Orabimus vt nos in ſuorū numerū aſcribat. Pollicebimur, nos tametſi nouos amicos, nulli veterū ceſſuros, ſtudio certe ac fide: quantumuis reliquis in rebus impares. Nos ipſos, opes noſtras, & quicqd opera noſtra præſtari poterit, totū illi deferemus: amicos etiam communes pollicebimur. Poterat hoc genus amatorio ſubijci, quo quidem loco nōnihil attigimus. Nonnunquā & alios inuicem conciliamus: ac tum quidem hoc intererit inter commendationem, & conciliationem, quod qui commendat, petit nonnihil: qui conciliat, nihil petit officij, ſed tantum conglutinat amicitiam. Ad hoc genus pertinet laudatio certæ perſonæ. Syluā modo ſubijciemus. nam & in deſcriptione nonnihil hac de re meminimus.

LAVDATORIAE SYLVA.

Ihi quidē humanitas tua, vel ſumma potius ſapiētia, nō iucūda ſolū, ſed etiā admirabilis viſa eſt. Virū enim excellētē, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctū, nonnihil ſuſpicantem, propter aliquorum opinionem cupiditatis ſuæ, te ab ſe abalienatum illa epi- Cic. epiſt. famili.

ſtola retinuiſti.

Plinius. Sed nimirum, quæ ſunt in manu hominum, & mihi, & multis contigerunt. Illud vero vt adipiſci arduum, ſic etiam ſperare nimium eſt: quod dari non niſi à dijs poteſt.

Ego vero Rufum noſtrum laudo, non quia tu vt ita facere, petiſti: ſed quia eſt ille digniſſimus. Legi enim librum omnibus numeris abſolutum, cui multum apud me gratiæ amor ipſius adiecit: iudicaui tamen. Neque enim ſoli iudicant, qui maligne legunt.

Lib. j. epiſtola cuius initium: Siquando vrbs noſtra. Laus hominis.

Eodem, epiſto. Amabam Pompeium.

Lib. ij. epiſto. Poſt aliquot annos.

Eodem, epiſto. Magna Iſæum fama.

Lib. iij. epiſto. Neſcio an vllum iucundius.

Eodē lib. epiſto. Annotaſſe videor. Laus poetæ

Lib. vj. epiſto. Sum ex his.

Lib. ix. epiſto. Vnice probo.

Lib. j. epiſt. Mirum eſt. Laus vitæ ruſticanæ.

Lib. ij. epiſt. Aſſem para. Vituperatio perſonæ.

Lib. j. epiſto. Tanti mihi ſunt.

Lib. iij. epiſt. Etſi magnum te.

Politianus. Eodem: O decus Italiæ. Laus puellæ.

Lib. iiij. epiſto. Scribis Martianum. Laus concionatoris.

Lib. xij. epiſto. Quam vellem, Laus pueri.

RESPONSIO AD LAVDEM.

Cicero epiſt. famil. li. Libro xv. epiſto. Lætus ſum laudari.

Plinius. Si laudatus à te, laudare te cœpero, vereor ne non tam proferre iudicium meum, quàm referre

gratiam videar. Omnia ſcripta tua pulcherrima exiſtimo, maxime tamen illa, quæ de nobis. Accedit hoc vna eademq; de cauſa. Nam & tu quæ de amicis optimis ſcribis, & ego quæ de me, vt optima lego.

Laudem pariter & gratias agam? Neutrum ſatis poſſum: & ſi poſſem, timerē ne arrogans eſſet ob ea laudare, ob quæ gratias agerem. Vnum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora viſa, quanto iucundiora: tanto iucundiora: quanta laudabiliora erant.

Lib. j. epiſt. Quod proximis literis. Politianus.
Item epiſt. Quod ex ſequundis rebus.
Item epiſtola: Lucretium Petreio.
Libro. ij. Legit epiſtolā. Rurſum, Nō tu mun⁹.
Eodem, epiſto. In epiſtola quadam.
Lib. iij. epiſt. Et ſi video. Eodem, epiſto. En ad te reuertitur. Rurſum epiſt. Miſit ad me.
Eodem, epiſt. Vtinam quas.
Lib. iiij. epiſto. Ignoſce occupationibus.
Lib. v. epiſt. In calce.
Lib. vij. epiſtola: Legit epiſtolam.
Eodem, epiſtola: Honorifica mentio. Item proxima.

RESPONSIO AD LAVDEM, MEA

LAVDES iſtas quas affatim in me congeris. ſic equidē interpretor, quaſi nō me depingere volueris qualis ſum, ſed optimū exemplar præſcribere, qualis eſſe debeam.

Hoc effecit iſta tua tā magnifica laudatio, vt iā mihi minus incipiam placere, qui plane videam quātum abſim ab iſta perfectę virtutis imagine.

Dum iſtam imaginem pingeres, non à me, ſed abs te ipſo ſumebas exemplum.

Sentio quid agas. falſis iſtis. laudibus noſtram ignauiam extimulare voluiſti.

Aut planè falleris, aut nobis blanditur tua laudatio. Sed blandiatur ſanè, dũmodo mihi mea ſtudia commedet. Nec enim alio conſilio te blandiri ſcio.

Ideo ſumma tribuis, non quòd ea ſim aſſequutus, ſed quòd huc me ſummis viribus velis eniti.

Hoc agis laudando, vt aliquando videar laudãdus. Ipſe ſummis ac maximis virtutibus abundet oportet, qui in alijs paucas ac mediocres ſic amat.

Quod in laudando me plus quã immmodica benignitate es vſus, nõ ignoſcerem, niſi iam olim ex Homerica lege poẽtis mẽtiri liceret. Ait enim, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.

Nõ eſt mihi cornea fibra, quemadmodum ait Perſius, nec apud me ſane incredibile eſt eſſe verũ qđ ſcripſit Xenophõ, ἥδιστον ἄσμα ἔπαινον εἶναι, vtiq; ſi promerear. Nũc nihil aliud quã ridere me puto. Eſt hoc ferè ſolẽne ĩter eruditos, vt ſeſe mutuis laudibus quaſi ſcabant. Nec in totum dãnãdas arbitror has aſſentatiunculas, quibus alitur beneuolentia, & excitantur ſtudia.

OFFICIOSA.

NEc infrequens eſt & illud epiſtolarũ genus, quo amicis, etiã ſi nihil petant, operam noſtram vltro offerimus, propterea quòd ſunt quos pudet rogare, quũ egeant amicorum ſubſidio. Hos oportet vltro delato officio, ad poſtulandam operam amici prouocare: & ea cau-

ſa genus hoc officioſum vocare placuit.

OFFICIOSAE SYLVA.

Ego omni officio, vel potius pietate erga te, cæteris ſatiſfacio oībus, mihi ipſi nunq̃ ſatiſfacio. Tāta eni magnitudo eſt tuorum erga me meritorum, vt quoniam tu niſi perfecta re de me non conquieſti: ego quia non idem in tua cauſa efficio, vitam mihi eſſe acerbā putem. Cicero epi. ſto. familia.

Noſtram fidem omnes, & amorē tui abſentis, præſentes tui cognoſcent, Si eſſet in his fides, in quibus eſſe debebat, non laboraremus.

De cæteris rebus quicquid erit actum, ſcribam ad te: & vt q̃ rectiſſime agantur omnia, mea cura & opera. diligentia, gratia prouidebo.

Ego neq; de meo ſtudio, neq; de nonnullorum animo mihi ſcribēdum arbitror. Quid enim aut me oſtentem, qui ſi vitam pro tua dignitate profundam, nullā partem videar tuorum in me meritorum aſſequutus? aut de aliorū iniurijs quærar, quod ſine ſummo dolore facere non poſſum? Ego tibi in hac præſertim imbecillitate magiſtratuū pręſtare nihil poſſum: at ea excepta, poſſum confirmare, te & ſenatus & populi Romani ſummo ſtudio amplitudinem tuam retenturum.

De alexandrina re, cauſaq; regia, tantum habeo polliceri, me tibi abſenti, tuiſq; præſentibus cumulate ſatiſfacturum.

A nobis agentur omnia diligenter: vt neq; ſi quid obtineri poterit, nō cōtendamus: nec ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur.

Qu. Selicio. Neq; enī prudētiorē queq̄ ex tuis, neque fide maiore eſſe iudico, neq; amātiorē tui.

A me omnia ſumma in te ſtudia officiaq; expectа. Non fallam opinionem tuam.

Tu velim tibi ita perſuadeas, nullam rem eſſe minimam, quæ ad te pertineat, quæ mihi nō charior ſit q̄ meę res omnes. idq; cum ſentiā, ſedulitate mihimet ipſe ſatiſfacere poſſum, re quidem ipſa ideo mihi nō ſatiſfacio, quod nullam partem tuorum meritorum, non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum.

Cætera quæ ad te pertinebunt, cum etiā plus contenderimus quàm poſſumus, minus tamen faciemus q̄ debemus.

Omnia volo à me & poſtules, & expectes: vincam meis officijs cogitationes tuas.

In hoc toto genere plura faciam, q̄ ſcribere audeo. Cętera, quæ tibi à multis prompta eſſe certo ſcio, à me ſunt paratiſſima. Nihil in re familiari mea eſt, quod ego malim meū eſſe, quàm tuum. Hac de re, & de hoc genere toto, hoc ſcribo parcius, quòd te, id quod ipſe confido, ſperare malo te eſſe vſurum tuis.

Ego quæ pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſſime omnia diligētiſſimeq; curabo, tuorumq; triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo.

De mea autem in te voluntate ſic velim iudices, me, quibuſcunq; rebus opus eſſe intelligam, quanquam videam quis ſim hoc tēpore, & quid poſſim, opera tamen & conſilio, ſtudio quidē certę, rei, famę, ſaluti tuæ præſto futurum.

Quam ob rem tu, quantum tuo iudicio tribuendum nobis eſſe putes, ſtatues ipſe: &, vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ego vero tibi profiteor atque polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium in omni genere officij quod ad honeſtatem & gloriam tuam ſpectet: in quo etiam ſi multi me cum contendunt, tamen cũ reliquis omnib9, tum craſſis tuis iudicibus, omnes facilè ſuperabo.

Quam ob rem velim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus, minimis, maximis, mediocribus rebus, vt ad hominem amiciſſimũ: & tuis præcipias, vt opera, conſilio, authoritate, gratia mea ſic vtãtur in omnibus, publicis, priuatis, forenſibus, domeſticis tuis, amicorum, hoſpitum, clientum tuorum negotijs, vt quoad eius fieri poſſit, præſentiæ tuæ deſyderium meo labore minuatur.

Tu tamẽ ei velim ſcribas, vt nullam rem neque tam magnam, neque tam paruam putet, quę mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Omnia quæ in tuis rebus agam, & non laborioſa mihi, & honeſta videbuntur.

Tu ſi quid ad me forte ſcripſeris, perficiam: ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere.

Quotienſcũq; filium tuum video (video autem ferè quotidie) polliceor ei ſtudium quidem meũ & operam ſine vlla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem atque authoritatem cum hac exceptione, quãtum valeam, quantúmque poſſim.

Lib. vj. epiſtola: Vereor ne deſyderes. multos ha

dium meum & beneuolentiam ad te defero.

Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor, à te amari, & quid agas, quidq; agatur, certior fieri volo.

De me autem ſic velim iudices, quantũ ego poſſim, me tibi, ſaluti tuæ, liberisq; tuis ſummo cum ſtudio præſto ſemper futurum.

Ego quid poſſim neſcio, vel potius me parum poſſe ſentio. Illud tamen tibi polliceor, me, quæcũque ſaluti dignitatiq; tuæ conducere arbitrabor, tanto ſtudio eſſe facturum, quãto ſemper tu & ſtudio & officio in meis rebus fuiſti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam optimam fœminam, tuiq; amantiſſimam detuli. Si quid ad me ſcripſeris, ita faciam vt te velle intellexero. Sin tu minime ſcripſeris, ego tamẽ omnia quæ tibi vtilia eſſe arbitrabor, ſummo ſtudio diligentérque curabo.

Interim velim ſic tibi perſuadeas, Mihi cũ Reipublicæ, quam ſemper habui chariſſimam, tum amoris noſtri cauſa maximæ curæ eſſe tuam dignitatem. Da operam vt valeas.

Sed ego tuis neque deſum, neque deero: qui ſiue ad me referent, ſiue non, mea tibi tamen beneuolentia fidéſque præſtabitur.

Iniuriam enim fieri putabam quum rogabar.

Quæ ad me de tuis reb⁹ domeſticis ſcribis, quęque mihi commendas, ea tantæ mihi curæ ſunt, vt me nolim admoneri.

Illud profecto cognoſces, mihi te neque chariorem, neque iucundiorem eſſe quenquam.

Perficiam profecto, vt longi tempporis vſuram, qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine, gra

tia & charitate,& officiorum meorum magnitudine ſarciam.

Perficiam profecto,vt neque Reſpublica ciuis in me animum,neque tu amici deſyderes. Cicero ad Atticum.

Sed hæc fors viderit,ea quæ talibus in rebus plus quàm ratio poteſt. Nos autem id videamus,quod in nobis eſſe debet,vt quicquid acciderit, fortiter & ſapiēter feramus,& accidiſſe hominibus meminerimus:nóſque cum multum literæ,tum nō minimum Idus quoque Martiæ conſolentur.

Ego quæ te velle,quæq; ad te pertinere arbitrabor,ſemper ſine vlla dubitatione ſummo ſtudio faciam. Hoc velim tibi penitus perſuadeas.

Non eſt ſuo loco,vitio ſcribæ. pertinet ei ad ſyluā cōſolatoriæ epiſtolæ:ac ſupra folio 119. facie. 2. poſt verſum 29. non ineapte interſeratur.

Ego quæ te velle,quæq; ad te pertinere arbitrabor,ſtudioſe diligentèrq; curabo. Da operam vt valeas.

Nec vero vlla res erit vnquā,in qua ego non vel vitæ periculo ea dicam,eáq; faciam, quæ te velle, quæq; ad te pertinere arbitrabor.

Lib.iij.Deprehenderunt me. Politianus.

Lib.x.Quanquam nec fortuna.

Non mehercule tam mea ſunt quæ mea ſunt,q̃ quæ tua. Hoc tamen differūt,quòd ſolicitius & intentius tui me,quàm mei excipiūt. Idem fortaſſe eueniet tibi ſiquādo in noſtra diuerteris:quod velim facias. Primū,vt perinde noſtris rebus, ac nos tuis,perfruaris:deinde,vt mei expergiſcantur aliquando,qui me ſecure ac propè negligenter expectant. Plinius.

Lib.vij.Caleſtrium tironem familiariſſimum.

Nihil eſt quod verearis, ne ſit hoc illi moleſtū

cauſa. Proinde nimiam iſtam verecundiam pone, téque quid velis, conſule: illi tam iucũdum, quod ego, quàm mihi, quod tu iubes.

OFFICIOSA, MEA.

nIHIL mihi magis in votis eſt, quàm vt primum abs teipſo, deinde à cæteris omnibus quàm gratiſſim⁹ eſſe cognoſcar. Sed eiuſmodi ſunt tempora, vt & tuis in me meritis, & meo in te animo ſatiſfacere velim magis quàm poſſim.

Me incolumi nullã accipies iniuriam: & ſi mauis me verbis Homericis tibi meum patrocinium polliceri:

Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει.

Pollio videtur in te offenſior. Hoc quanti æſtimes vbi cognoro, tum eadẽ opera ſciero quid mihi ſit elaborandum.

Cæteri ſolent operã polliceri in licitis & honeſtis, & in ijs quæ præſtare poſſint. Ego vero tibi omnem meam in omni re ſine exceptione polliceor, qua poſſis tuo arbitratu vel vti, vel abuti. In ijs quæ perfici non poterunt, tamen efficiam vt intelligas nec ſtudium nec fidem vſquam defuiſſe.

Si officioſum eſt vltro polliceri opem aut operam: multo officioſius eſt vltro mittere pecuniã.

Huius argumenti, tametſi rari, exẽplũ reperies apud Plinium lib. vj. epiſtola: Quanuis & ipſe.

Sum quidem ſtudiorum laborib⁹ ita diſtrictus vt nemo magis, ſed mihi nihil erat in ſtudijs tam cordi, quod nõ poſtpoſiturus ſim ſi tali amico prę

ſtandum erit officium.

Non omnibus dormio. ita nõ omnib⁹ vaco. Tibi nunquam non ero ocioſus, ſi quid per me fieri voles.

Non æquũ arbitror, vt literarum prætextu excuſem amico: quũ hoc ipſum me doceant literę, non eſſe deſerendum amicitiæ officium, quo nihil oportet nobis eſſe antiquius aut religioſius.

Hoc vnum tibi etiam atq; etiam perſuadeas velim, nihil exiſtere poſſe tam durum, tam periculoſum, quod non ſim tua cauſa libenter etiam ſubiturus.

Nihil erit tam arduum, tam aſperum, quod nõ ſit iucundum futurum tua cauſa.

Opes quas tibi pollicear, nec mihi abſunt, nec tibi deſunt.

Hoc corpuſculum, hũc animum tibi totũ quãtus eſt deuoueo.

Hoc tibi ſpõdeo mi Lucilli, neq; animum, neq; diligentiam mihi defuturam.

Nec animo, nec ſtudio, nec beneuolentia, nec patientia cuiuſquam pro vobis cedam.

DISPVTATORIAE GENVS.

EST epiſtolarũ genus non infrequens inter eruditos, quo ſtudiorũ ſuorũ inter ſe agũt cõmercia, quum aut ſciſcitantur de re quapiam, aut reſpõdent ſciſcitanti, aut ſiqua de re parum cõuenit, diſputant. Huius generis, quoniam variũ eſt, certa ratio reddi non poteſt. Tan-

Cicero epiſto. famillia. Lib.vij. epiſtola: Illuſeras heri inter.
Plinius. Lib.ix.epiſtola: Anno verecundiam.
Lib.j.epiſtola cuius initium eſt: Frequens mihi
Politianus. diſputatio.tota.
Lib.iiij.epiſtola: Attuli tibi.
Lib.j.epiſtola: Oſtendet plenum.
Lib.ij.epiſtola: Dictata illa tua.
Lib.iij.epiſtola. Iraſceris obtrectatoribus.
Lib.v.epiſtola: Et tu mihi.
Lib.ix.epiſtol: Ego quidem mi Hermolaë. Itē proxima.
Lib.xij.epiſtola: Quantopere me ſemper.

LIBRI DE RATIONE CONSCRIbendi epiſtola, D. Eraſmo Roteroterodamo authore, FINIS.

PARISIIS EX OFFICINA
NICOLAI HICMANT,
IMPENSIS SIMONIS
COLINAEI, ANNO DOMINI
M.D.XXXVI.